

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nicolaus Plahne

**Dissertatio Scholastica De Methodo seu Optima Ratione Latinam Linguam
Docendi : Qua ostenditur, Quodomo puer a primis elementis ad facultatem styli
quam commodissime perduci possit & debeat**

Rostochii: Wepplingius, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732463726>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1697



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn732463726/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732463726/phys_0002)



K
Q. D. B. V.

DISSE^RTATIO SCHO-
LASTICA
DE
METHODO seu OPTI-
MA RATIONE LATI-
NAM LINGVAM DOCENDI.

Quâ ostenditur,
Qvo modo puer à primis elementis
ad facultatem styli quâm commodissimè
perduci possit & debeat.

AUCT.

M. NICOLAUS Blahnen/ Rost.
Sumptibus Auctoris.



Rostochii Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.
ANNO M DC XCVII.

ROSTOCHIO ERUDITO atq; HONORATORI:
Per antiqua ac florentissima Academiae hujus
MAGNIFICO Dn. RECTORI,
caterisque ejus Dnn. PROCERIBUS longe celeberrimis,
DNN. PROFESSORIBUS, DOCTORIBUS,
LICENTIATIS,

VIRIS Maximè Reverendis, Præ-Nobilissimis, Consultissimis,
Experientissimis, Excellentissimis &c.

Nec non

Inlyti Ordinis Senatorii

MAGNIFICJS ac PRÆ-NOBILISSIMJS
Dnn. CONSULIBUS, Dn. SYNDICO,
EXCELLENTISSIMO, CONSULTIMO &c.
caterisq; PATRIÆ PATRIBUS CONSCRIPTIS Amplissimis,
Prudentissimis, Spectatissimis, &c.

Nec non

Reverendi Ministeris

Maximè-REVERENDO atq; MAGNIFICO
Dn. DIRECTORI, maximè Spectabili
Dn. SENIORI, caterisq; Dnn. PASTORI-
BUS, ARCHI-DIACONIS, DIACONIS

Vigilantissimis, fidelissimis, meritissimis &c.

Nec non

Splendidissimi Collegii Scholastici

NOBILISSIMO atq; AMPLISSIMO

Dn. RECTORI, caterisque Dnn. COLLEGIS

clarissimis, Humanissimis &c.

Omnibus deniq; CIVIBUS LITERATIS, Dnn. PATRONIS, PROMOTO-
RIBUS, EVERGETIS, FAUTORIBUS ac AMICIS meis suspiciendis
Dissertationem hanc in mei, meorumq; studiorum Comendationem

D. D. D. Auctor.

PRÆFATIO

Issertationem hanc de Methodo, seu ratione Latinam Lingvam docendi, quam nunc, B. L. exhibeo, aliquot annos certis de causis pressi, nec in publicum prodire passus sum; cogitandum enim mihi cum Plinio (a) existimavi, quām magnum sit, dare aliquid in manus hominum; non modò, qvia tanta est Momi iniqtas, ut nihil tam perfectum ingenio, aut elaboratum industria dari possit, quod non à Zöiliß & Verilieigatoribus pessimis lace-rari queat, judice Edmundo Richerio, (b) quem B. Morhoff (c) pene instar omnium esse dicit, qui de Methodo scriperunt; sed & maxime, qvia plurimis hominum de Methodo, & primâ puerorum institutione agere, leve, ac nullius pretii esse creditur, adeo, ut hujus generis scripta vix oculo, ne dicam animo, lustrare dignentur, nec animadvertant, nil quicquam profici consiliis ad altiora direcis, nisi circa prima literatura melioris elementa vel maxima cura habeatur (d); Prætereaque periculo, non caret, talia perseQUI, qvæ omnes intelligere se putant (licet pauci verè intelligent) & de qvibus variaz, imo contrariae sunt hominum opinione; Qvis enim Methodum seu docendi Artem tenere sibi nunc non persuadet? Qvis ad juventutem vel publicē, vel privatim, instituendam, amplâ mercede se conduci, non facilè patitur? Qvis Scholarum Magistros, eorumqye labores, non dijudicat ac reprehendit? et si in docendi exercitio nunquam versatus, nec ita, qvid praxis docendi ferat, qvidve respuat, ipse expertus sit. De his verè Mechovius, (e) quem R. Morhoff (f) barum rerum peritissimum, & optimum Medicorum Sculptorem nominat, multi reperiuntur, inquit, qui de institutione juventutis recte suscipiendâ multa sermocinantur, qui si gaubernacula hac capessere, aut trattare deberent, classem profecto in ipso portu mergerent. Sanè, Usus & experientia, ut ait Columella, (g) dominantur in Artibus, (sic quoqve in Arte docendi) nego est ulla disciplina, in qua non peccando discatur. Hinc modò citatus Mechovius (h) docere, inquit, est artis, cuius vim & facultatem non est cuiusvis effinmare, nisi diu multumqz in hoc genere se voluntarius; qvod & olim monuit B. Nath, Chyraeus; his verbis: (i) non est cuiusvis juveniem re-

A

et

Ad instituere, aut de verâ instituendi ratione judicium ferre. Et proh!
 qvanta nunc est Magistrorum in ratione docendi dissensio, qvanta præ-
 ceptionum diversitas ac repugnantia! qvod unus probat, alius reji-
 cit, & ex mille Methodistis (liceat hâc voce uti) vix decem de omnibus
 Doctrinæ partibus consentire deprehendes; qvî ergo quis de Metho-
 do Scripturus periculum evitare, & sine omni offensione hîc certi qvid
 statuere, qvî cum omnibus facere, aut in omnium sententias simul ire
 posset? Certè aliter fieri non potest, qvâm ut uni subscribendo, unum
 aliis præferendo, cæterorum omnium in se convertat odium; qvâ de re
 Laurentius Ludovici, Rector olim Görlicensis (k) quid plus babet pe-
 riculi, inquit, qvâmin tantiâ præclarissimorum Virorum, ingenio, doctrinâ,
 excellentiâ omnibus locis copiâ, judicare, que sit optimâ ratio &
 quâsi via docendi. Verùm qvoqvo modo se hæc omnia habeant, nolui
 tamen labores meos, in juventutis Scholasticæ usum exantlatos, ampli-
 ùs in occulto latere, qvos frustra planè mihi impendisse videor, nisi aliis
 innotescant; nolui multorum, & mihi, & juventuti maximè cupientium,
 voluntati porro resistere, qvi, ut opusculum hoc, qvo & qvid de Metho-
 do Lat. Lingvæ sentiam, & qvid ad eam attulerim, exposui, cum orbe
 eruditio communicarem, toties efflagitarunt: nolui ulterius permettere
 tot falsæ de conatibus meis sint opiniones, eorum maximè, qvi studia
 ac intentionem meam nunquam cognoverunt, qvas expertus sum, post
 qvam biennio abhinc cogitationes meas de vulgatâ multorum Latin.
 Linguam docendi ratione, unâ cum amplissimâ Facultatis Philosophicæ,
 aliorumque Virorum longè celeberrimorum, Almæ hujus, judiciis ac
 testimoniiis de Methodo meâ divulgavi. Qvare in mei meorumque stu-
 diorum commendationem, & debitum Fautoribus obsequium, ut & in
 factarum de meo instituto opinionum disturbancem, hæc, qvicqvid est
 literarum, typis descriptum, in publicum nunc proferro. Nec est qvod
 ab hoc qvid periculi metuam, liberè enim de Methodo ac docendi ratio-
 ne sentio, & qvod sentio, ingenuè profiteor, nemini detrahens, nec ullius
 existimationem arrodens, juventutis emolumentum in omnibus unicè
 qværens; potius me hoc ipso apud omnes bonos gratiam initurum
 confido, malorum odium atque invidiam nihil faciens. Etianè haud
 temerè, aut illotis, qvod dicitur, manibus me in hasce res irruisse quis
 credat, verè enim dico, me jam tum à primâ Adolescentiâ mè pueris
 crudiebâ semper præfuisse, & plurimum eorum consuetudine atque
 con-.

33

consilio usum esse, qvi in Methodo Linguarum emendanda, ut hæc in studiorum Parte juventuti melius, ac vulgò fit, consulerent, ipsi laborarent. Præterea decem, & quod excurrit, annos, per DEI gratiam, publicam functionem Scholasticam hic sustinui, in quâ quotidiano usu & experientiâ multa sum edoctus, quæ vix unquam in mentem mihi venissent, & de quibus aliás nimini facile credidisse; nam non perfunctoriè, aut superficialiter (B. Schmidii (l) verbis utor) hoc officium meum prestiti, tanquam aliud agens, aliudq; vita genus meditans, aut muneris Scholastico primâ quâq; occasione renunciarurus; sed cum me ad hoc officium ritè vocatum esse certò scirem, & præterea singularem animi mei propensionem in hæc studia, aliis nimis tædiosa, persenticerem, in hoc mihi, reliqvis studiis, de quibus forte plus & honoris & fortunæ exspectare potuisse, sepositis, maximè elaborandum duxi, ut juventuti Scholasticae, tot in studiorum suorum cursu doctrinarum procellis agitatæ, & nunc cum anfractibus, nunc cum hiatibus miserè conflictanti, pro ingeniis mei viribus, quid adjumenti afferrem. Ita enim monito Apostoli 1. Cor. 7. 17. verè congruenter ambulare mihi viuis sum, si non tantum, meas partes pro virili tuerer, & horis mihi ad informandum datis ritè vacarem, sed si omnes quoque ingenii mei nervos in juventutis emolumentum intenderem, & quicquid mihi temporis à publicis negotiis reliquum, id in hasce res omne ponerem. Hinc (præviis tamen piis precibus, cum principium Operis debeat esse Oratio Syr. 7. 19.) in omnes institutionis Scholasticae, etiam minimas partes sedulò inquisivi, ut investigarem, quidnam progressus juventutis, maximè in addiscendâ Lat. Lingvâ, tantopere remoretur, quò id, quantum fieri posset, de docendi Viâ removerem. Et quidem, cum Oculi plus videant, quam Oculus, & ex sententiâ Syracidis l. c. post Orationem etiam consilium actionem anteire debeat, non modo cum Viris doctis & docendi peritis de Methodo Lat. Lingvæ sèpissime collocutus sum, sed & Auctores illos, qui Methodos didacticas literarum monumentis confignarunt, quantum molestissima miserrimaque officii mei ratio permisit, mihi comparavi, comparatosque sedulò evolvi, sciscitans, annon ab his Consiliariis (etsi B. Morhoff (m) parum mihi promiserat) aliquid consilii capere possem, in memoriam mihi revocans illud Lud: Vivis (n) monitum, e re esse, si in præceptione Artium multa experimenta colligamus, & multorum usum obseruemus. Et licet adhuc nullum aliud hujus laboris mei satis molesti præmium re-

portarim, nisi contemptum, obtestationes & injurias, tamen pro innato
mihi in juventutem affectu non destiti, nec me a suscepto studio avocari
passus sum, certissimâ spe fretus, hunc laborem meum, quem in Domino
perfeci, baud fore inanem i. Cor. 15. ult. Has verò qualescumque lucu-
brationes meas, quas hic describo, ut benevolo vultu accipias, & in
optimam partem interpreteris, est quod abs Te, Candide Lector, eâ, quâ
fas est, humanitate peto.

(a) Lib. 7. Epist. 17. (b) in Obstetricie Animorum Cap. 8. §. 5. (c) in Polyhist. lit.
Part. i. Lib. 2. Cap. 2. (d) Verba sunt Auctoris Scholæ Latinitatis in
Prefatione (e) in Hermatheneuâ (quam B. Morhoff, l. c. Cap. 10.
Compendium omnium Librorum, qui de Methodo perscripti sunt,
vocare non dubitat) Tract. i. Cap. 6. §. 5 (f) l. c. (g) Lib. i. de R. R.
Cap. 1. (h) l. c. Cap. 4. §. 1. (i) in Sciographiâ Scholæ Rostoch. p. 54.
(k) Præfat. in Orat. de ratione docendi, discendiq; Grammaticam
(l) Præfat. in Grammaticam (m) l. c. Cap. 7. (k) Libro I. detrad. Discipl.

CAPUT. I.

*De duabus ad Latinitatem Viis ordinariis, Conver-
titionis sc. & institutionis.*

Duæ sunt ad Latinum Linguam Viæ ordinariæ, una Conversationis,
quando quis cum Latinè loquentibus plurimum versatur, eos au-
dit, ac imitari studet; altera institutionis, quæ per certa Artis
præcepta Latinitatis penetralia recludit, ejusque facultatem no-
bis conciliat. Multi Eruditorum illam huic præferunt, & rara Erudi-
tionis specimina, quæ ea post se reliquit, enarrant. Buchnerus (a) Mor-
hoff. (b) & Titius (c) adducunt Robertum illum Gentilem, qui septimo
ætatis suæ anno perfectè Latinè, Gallicè, & Anglice locutus est, quia
pater ejus semper Latinâ, mater Gallicâ, domestici verò Anglicâ Lingvâ
cum eo locuti fuerant. Postiores duo citati Auctores, (d) ut & Me-
chovius, (e) laudant Gallum quendam, Michaëlem Montanum, qui
hac Viâ se, Conversationis ductus, quinto ætatis suæ anno, adeo exāstam
Lat. Lingvæ cognitionem habuisse dicitur, ut Præceptores ejus, qui o-
mnes eruditissimi Viri, & celeberrimi Oratores ac Poëtæ fuere, vix ausi
sint cum illo certare, quis nam rectius Latinè loqueretur. Plura istius-
modi exempla, quæ non modò apud citatos, sed & alios Auctores occur-
runt, silentio nunc prætermitto. Sic quoque ex Priscis Plutarchum, Di-
onysium Halicarnassensem, Diod. Siculum, Dion. Cassium &c. qui hac
viâ lead Lat. Lingvæ cognitionem pervenisse ipsi fatentur, adducere pos-
sem

❧ 5. ❧

Item, nisi ipsa experientia, testis verissima, id nos vel in iis, qui in Poloniâ, Galliâ, &c. vivunt, & ex Conversatione ac usu habitum earum Lingvæ sumi sibi contrahunt, vel in ipsis liberis nostris, qui itidem hâc Viâ ad Vernaculam pervenient (cum ex Magnif. Dn. D. Pfeifferi (f) judicio, nulla Lingua homini sit naturalis) satis edoceret. His & similibus exemplis permoti summi Viri Viam Conversationis tutissimam rectissimamque esse pro addiscendâ Lat. Lingvâ statuerunt; ita enim Buchnerus, (g) postquam dixerat de Veterum Romanorum consuetudine, qui solâ hâc viâ ad Eloquentia Romanæ fastigium usq;ve insurgebant, præclarè mibi, inquit, cum eo agi videbatur puer, cui adhuc in cunis jacenti propemodum adibebatur aliquis peritus egregiè Latinarum Literarum, qui ei perpetuò bäréat, nec tantum vocabula nuda, sed dictiones quoque integras alumno subiectat, nec alio nisi Latino sermone præsentie illo unquam loquatur; ita enim siet, ut eadem faciliter lat. sermonem bauriat, quæ parvum arripit, & jam Auctorum lectioni admovereatur, cum vix in primis elementis versari alii cœperint. Qvod institutum & Mechovio (h) & Morhofio (i) aliisque non displicet. Hinc & Virtu eruditu non modo optarunt gens aliqua nunc, ut olim, supereret, quæ Latinè loquerebatur, ita enim ipso Vossio (k) adserente, expeditissimam haberemus Lingvæ Römanæ Viam; sed & jam pridem hâc de redeliberârunt, quâ ratione Latium quasi instaurari posset, uti constat ex Auctore illo anonymo apud Morhofium, (l) qui Regi Gallie svast, ut talem aliquam civitatem Latinam institueret, in quâ omnes incole, tam mares, quam feminæ, etiam opifices ac servi, seruag; perfectè Latinè loquerentur, qvorum conversationem ac colloquium peterent Latin. Lingvæ facultatem sibi comparaturi; item ex operibus Gomenianis, ut ex Methodo novissimâ, (m) Deliberatione de Latio ad Bodrocum transferendo, (n) Latio redi-vivo (o) &c. Nec aliud intendit Joh. Pastorius (p) dum ait: *Equidem quid de Collegiis, in quibus domesti omnes non aliâ Lingua, quam Latinâ interentur, & ego alibi, & alii ante me monuere, id à nemine citius, quam à Nobilibus dari posset effectui, quippe qui facillim è omnium sumptum eum facere ac sustinere queant.* Et miror de tali instituto in locis ad eam rem oportuni non cogitari diligentius, nq; inter tot Viros Magnificos, & ad pia alioquin opera propensos, reperi리 aliquos, qui tale velut Latium extra Italiam fundare, si non pro vulgo, saltem pro Nobilibus pueris aggrediantur. Simile quoque consilium deprehendimus apud Janum Cœcilium Frey, (q) qui ita hâc de re loquitur: *Sidue tresce*

A 3

presue Lingua aut Idiomata absq; ferulis, absq; Scholis, bodieq; à pueris
 lis ludendo discuntur, quid impedimento esse possit, quo minus Latinam,
 Græcamq; simili studio asequantur. Exemplis hoc comprobat eorum
 liberorum, qui vel Parisiis, vel in Belgio, vel in Helvetiâ, plures, etiam
 distantissimas Linguis, statim atque effari incipiunt, addiscunt; hinc
 concludit: Eādem igitur operā sic discant infantuli Latinam Græcamq;
 Collegia sint Viris, famulisque literatis, eleganter Latinam Græcamq;
 Linguam loquentibus, referta, illie à secundo Nativitatis anno pueruli
 habitent, &c. Idem & maximopere svadet [2.] ut discendarum
 Linguarum caulā in exteris regiones pueros mittamus &c. Alios
 Auctores, qui itidem pro Viâ Conversationis in Lat. Lingvæ studio te-
 nendâ militant, nunc brevitatis causâ non adduco; ex hisce satis liquet,
 quid sibi consilia eorum velint, hoc sc. ut vel universale a liqvod Latium
 (sive Urbs, sive Regio) instauretur, in quo omnes incolæ non nisi Latinè
 loquantur; vel particularia Eruditorum Collegia aperiantur, in quib-
 us solus qvoque Latinus sermo vigeat; vel à primâ statim infantiâ
 Lat. Lingvæ peritus pueris præficiatur, qui perpetuò cum iis Latinè col-
 loqvatur. Qvanqvam verò de horum Virorum Auctoritate satis am-
 plâ nihil detracitum velim, tamen an hæc eorum Consilia, de Lat. Lin-
 gyâ addiscendâ, per omnia sint probanda, & omnibus sectanda, in me-
 dio non sine ratione relinquo; primò enim frustra tale Latium exopta-
 ri arbitror, cum vix unqvacm sperari possit; præterea nec eruditissimi
 Viri in sermone extemporalis satis prompti sunt, nec satis culti, ita ut
 fine omni ultius Barbarismi metu Lat. Lingvâ loqvi valeant. Hodie, in-
 quivit Vossius, (s) per paucorum ea laus est, ut purè scribant, pauciorum
 ut loquantur. Et alibi (t) Idem ait, etiamis, qui sedulò fuerint in
 optimis Scriptoribus voluntati, sermonem tamen fluere luteum.
 Et alibi (u) idem de se ipso dicit: Nunquam magis rideo, dicam, an in-
 dignor, quam si in editis mibi videam pravo loquendi more abrepto ex-
 cidiisse, quod serio ipse damnem-. Nec aliter sentit Scheferus, (x)
 ita hæc de re scribens: Negari haud potest, quin etiam nolentibus no-
 bis adhærent nonnulla virtus, quæ in juventute sepius audiendo alti-
 us in animum se immiserunt; id qvod testimonii Budæ de Lauren-
 tio Vallâ, & Scioppii de Transalpinis probat; Qvibus infinita alia ex
 eruditissimorum Virorum scriptis, eorum etiam, qui in hoc studiorum
 genere præ reliquis suam navarunt operam, & veram Latinitatem à Bar-
 barie vindicare laborarunt, adjici possent, nisi exempla odiosa, & bre-
 vitate

vitate hic uti esset animus. Confer ad hæc Isaac. Casaubonum (y) Lipsi-
um (z) Vossium (aa) Scioppium (bb) aliosqve. Et verè jam olim Ant.
Flaminius (cc) Bene Gemendatè loqui aut scribere, inquit, in sermone
præsertim Latino, bodie adeo est difficile, ut miraculi instar bonus vel
Orator vel Scriptor esse videatur. Ex hoc verò fundamento cordatio-
res Eruditorum, ut Melanchthon (dd) Vossius (ee) Scioppius (ff) Beccheo-
rus (gg) aliquæ plurimi, de familiaribus illis colloquiis, qvibus Via Con-
versationis utitur, nisi singulari delectu & judicio suscipiantur, non adeo
honorificè sentiunt & loqvuntur. Sic qvoque B. Morhoff (hh) Collo-
quia cum iis, qui Lingua Lat. accuratissimè loqui nesciunt, magis tur-
bare, asserit, sermonem Latinum, quam juvare; & quod hinc Itali non
nulli de industria sermonibus Latinis, etiam cum Viris doctis, abstinens
dum existiment, ne dictio aliquid ex idiotismo trahat, qrem in Collo-
quiiis Viri etiam docti vix evitant, licet eleganter alias scribant. Tandem,
si quis infantes recens natos, & in cunis adhuc jacentes, Lat. Lingvam
doceri velit, is sibi nutrices hanc Lingvam satis callentes prospiciat, qvæ
simul cum lacte & pappis (ut vocant) eam instillare vel infundere pos-
sint, harum enim amplexibus infantes nostri per duos, tres, aut plures
annos maximè hærere solent. Taceo, qvod ne in vernaculo qvidem
solus usus dicturis elegantiùs & scripturis sufficiat, testibus Viris longè ce-
leberr. Weisio, (ii) Titio (kk) Ravio, (ll) alijsqve plurimis. Et ex his,
qvæ dicta sunt, facile qvoque colligitur, qvid judicandum sit de collo-
quiis illis Latinis liberis, ut vocant, qvæ Præceptores in Scholis discipulis
suis in Latinitate non dum firmatis vulgo vel imponunt, vel saltem per-
mittunt, plana sanè hæc sunt non ad Latinitatem, sed ad Barbariem Via;
qvamvis enim hæc ratione pueri aliquam sibi conciliare possint loqvaci-
tatem, ut in Cœnobii & jesuitarum Scholis videre licet, ea tamen non
est sine erroribus & gravissimis Lat. Sermonis vitiis, nec est verè Latina,
sed Barbara & non Latina, nescire enim Linguan, ex mente Caselii (mm)
putandus est, qui quamevis Latinis ipse verbis utatur, tamen ad Veter-
um Scriptorum modum non loquitur; at qvomodo pueri, qui ne vo-
cabula qvidem Latina tenent, ad Veterum Scriptorum modum loquentur?
Hinc recte B. Reiskius, Schola Lynenb, olim Rector (nn) Colloquia
puerorum Latina, seu Licentiam Latinè confabulandi, inter communes
Docentum Discentumq; errores refert; & modò citatus Caselius [oo]
primis tyronibus, inquit, necessitatem loquendi imponi penitus fassum est,
sciamq; non Latinam discens, sed Linguan novam & simi-barbaram
gignent.

gignent. Non ergo à Colloqviis, aut Viâ Conversationis, qvæ quæ
valde lubrica est, & pro discrimine fortunarum paucis patet, ord. en-
dum est Lat. Lingvæ studium, sed potius institutionis Via est investigan-
ga, ut per certa Artis præcepta, qvæ Methodi vocabulo exprimuntur,
eam nobis comparemus. Quemadmodum enim in exteris regiones
profecturus, Duce quodam indiget, præsertim, si Viæ ignarus sit, qui ipsa
eam monstrat, eumque quò tendit, perducat, sic quoque in Latium quæ
profecturus, seu Lingvæ Romanæ copiam ac venustatem sibi compara-
turus, de Duce ac Doctore, sub cuius ductu ac auspiciis eò pervenire possit,
sollicitus esse debet. Hæc Dux est Methodus, qvæ præscribit rationem,
cum omnia simul in docendâ Lat. Lingvâ tradi nequeant, quemadmo-
dum ab infimis, per medios velut gradus ad summum paulatim perduci
rūdis ætas debeat; unde & aliás ordo dicitur: sine Methodo autem ac
Ordine frustra omnis noster in studiis suscipitur labor; verè inquit Joh.
Sturmius: (pp) quod temerè fit, & per turbatę & dīssō utē, rārō magnoſ
facere progressus ioret; sunt enim tum gradus, tum etiam progressus, ut
etatum, sic quoq; studiorum, maximè obſervandi, uti Claud. Baduelius (qq)
recte monet; & sicut in nō in summum, inquit Buchnerus, (rr) niſi ab
imo ascendend, n̄ titur, sic quoq; in addiscendâ Lat. Lingvâ ſunt faci-
nō digradus, atq; à levioribus capiendum in iūium eſt; ad ſumma enim,
iplo Quintiliano (ss) judice, niſi à principiis perveniri non poteſt. Metho-
do ergo hic seu Ordine opus eſt, ſi ad Lat. Lingvæ facultatem qvis ad-
ſpirare volet.

- (a) in Dissert. de Exercit. Styli p. 16. (b) in Polyhist. l. c. Cap. 9. (c) in Comment.
de Admin. L. L. § 2. p. 4. (d) II. cc. (e) in Hermath. Tr. 2. Cap. 10. §. 4. (f) in Intro-
ductione in Orientem disquisit. I. qvæſt. 4. (g) Dissert. cit. p. 15. (h) l. c. (i) l. c.
(k) Tractatu de studiorum ratione p. 4. (l) l. c. (m) Cap. 8. (n) Oper. didact.
part. 3. p. 58. (o) l. c. part. 4. p. 76. (eꝝ; p.) in Palæstrâ Nob. cap. 2. (q) in Viâ ad
divas ſcientias, Artesq; Lingvarum notitiam &c. part. 1. Cap. 2. (r) l. c.
Cap. 2. (s) de Stud. rat. p. 5. (t) partit. Orat. 4. 1. 57. (u) Præfat: in
Vitia ſerm. (x) Libro de Stylo cap. 7. §. 3. (y) Præfat: in Opusc. Var. Jol.
Scaligeri ad ſac. Aug. Thaunum. (z) Inſtit. Epift. cap. II. (aa) Præfat: in
Vit. ſerm. (bb) de Styli Hist. Virt. & Vit. p. 69. (cc) in Epift. ad Lud. Cali-
num. (dd) in Præfat. de Syntaxi p. 324. (ee) l. c. (ff) l. c. p. 65. & 68. (gg) in
Methodo didact. Part. 2. p. 43. (hh) l. c. Cap. 9. p. 416. (ii) in den Curiſſen Ge-
banden von teutſchen Briefen p. 1 ſeq. (kk) Comment. ac Admin. L. L. §. 2.
p. 3. (ll) in Dissertatione de L. L. comp. §. 967. (mm) lib. de Ludo Lit. aper. t.
p. 29 [nn] in Prog. am. de variis Erroribus Latina Docentum Discentumq;
(oo) lib. de Ludo Lit. ap. p. 101. (pp) de Lud. lit. ap. p. 15. (qq) in Epift. ad Sa-
doleſ (rr) in Dissert. cit. p. 19. (ss) Lib. 10. cap. 1.

CAP. II.

CAP. II.

De Methodo Lat. Lingvæ optimâ, eà sc. qvæ ante usum Lingvæ
solidam ejus intelligentiam tradit, & proin juxta colloquia
Lat. vulgatam quoq; Exercitorum tractatio-
nem damnat.

Sed cùm Viam institutionis in Lat. Lingvæ studio præcedenti capi-
te maximè se etandam esse dixerimus, nunc qvænam sit illa institu-
tionis Via, seu Methodus, qvæ ad Latinitatem qvam commodissimè
perveniri possit, nobis porro dispiciendum erit. Variæ, utjam
supra notavimus, imo & contrariæ, juventuti monstrantur pro addiscen-
dâ Lat. Lingvæ Via, adeo, ut in tam variâ ac multiplici ejus Tractatione,
qvam in peregrinatione aliquâ, rectum Viæ Cursum tenere difficilius sit;
qvis enim omnes omnium Methodos ac docendi Vias, non dicam sibi in-
vicem conciliabit, sed enarrabit? Verè dixit B. Morhoff (a) *Multos hic
esse Consiliarios, sed parum Constitui.* Et infrâ Idem (b) ait: *Quis hic
non præcepta suppediavit? Quis non novam aliquam Methodum con-
finxit, aut in devia abduxit?* & addit: *Intertot Methodos semper no-
va desideratur Methodus.* Similiter & Mechovius (c) hâc de re queri-
tur, nunc quivis, inquietus, sive Rhemmius, sive Orbilius, qui vix erudi-
ti Viri nomen olfecit, libros cudit de informandâ juventute, cum tamen
ipse scabirudinem animo nondum deleverit, elongè à destinatione suâ ab-
sist. De his verò paulò antè (d) dixerat, plurimos eorum & oleum & ope-
ram perdidisse; Qvamvis Steph. Spleißius, Gymnasi Schaafhusani o-
lim Rector, lenius de iis iudicium ferat, (e) singulos sc. qvi tale quid in
juventutis commodum non sine ratione tentarunt, *aliquid peculiare ob-
tinuisse, quod suâ laude defraudandum non sit.* Sed in omnes aliorum
Methodos ac docendi Vias, qvæ nunc venditantur, hîc non excurram,
nec in causas tantæ in docendo Diffensionis, ac Methodi confusionis,
(qvas peculiari Libro, de corruptæ institutionis causis, mox etiam pro-
dituro, pertractavi) inquiram; id nunc saltem (sine livore tamen, &
salvis aliorum iudiciis) dico, me conatus etiam qvosvis propter juventutis
emolumentum cum ratione suscepitos quidem laudare, sed omnes o-
mnium Methodos, qvas Scholis propinarunt, & qve probare minimè
posse. Ut autem hîc certi quid statuam, optimè mihi de Methodo
Lat. Lingvæ lentire videntur, qvi pedetentim, & certis qvas gradibus

Ad eam ascendere jubent, his sc. ut simplicem ejus intelligentiam sibi quis comparet, anteqvam ad usum & exercitium Linguae se accingat; qviq; inter intelligentiam & usum Linguae distinguentes, illam ut fundamentum præcedere, hunc ut exercitium lequi debere docent. Non obscurè hoc discrimen innuit magnus Vossius, (f) dum ait: *Quæ habent diximus, ea pertinent ad intelligentiam verborum & rerum; præterea verò opus est, ut sciamus loqui & scribere, & tum pure & perspicue, tum copiosissimè ornare.* Dixeris, si quis sermonem intelligit Romanum, etiam locuturum eo scripturamq;, sed sèpe Linguam intelligimus, quâloqui nescimus, quia usus abest. In idem discrimen hoc digitum intendit B. Morhoff, qvando scribit, (g) multi à Auctorum Lectione impenetrari facile posse, ut quis Linguam accurate intelligat; stylis verò exercitio, ut quis emendatè scribat, triplo majus tempus impendi debere, quare & illud Principi sufficere posse ait. Paulò clariùs hac de re loquitur Caselius: (h) *Volumus, inquit, puerum doceri Lat. Linguam primò omnium ut intelligat, deinde ut scribendo & loquendo usurpet.* Ita & Richerius: (i) *Toto tempore, quo puer in Scholastico pulvere voluntantur, nibil aliud contendat, nibil adeo obnoxie conentur, quam Latinæ & Græcae Linguae cognitionem tantam sibi assumere, ut ea, quæ apud bonos Auctores legerint, sine Lexici & dictionarii dminiculo percipient;* quod unum, maximum & precipuum fundamentum est eruditionis, idq; rotum rei Grammaticæ, velut ædificiorum substructiones fundamentis suis, incumbit. Idem & Dn. Fritschius, Gymn. Freib. Con-R. (k) vult, inqviens: *Statim puer deducatur ad intelligendos Lat. Scriptores Omnia verò Clarissimè Tschirnhausius, Academiæ Parisiensis Scientiarum membrum, hanc sententiam proponit,* (l) *tres in quâvis Lingua perfectionis gradus statuens, quorum primus ipsi est Linguam tantum intelligere, non item loqui posse, quod in quâvis Lingua facilimè contingere ait; secundus, præter intelligentiam loquentium, & librorum, sine bæstratione posse eloqui, quem gradum priore difficultorem dicit; tertius, Lingua exactè de quâvis materia, & quocunque libuerit, differere, scriptumque componere, qui gradus ipsi est difficilimus.* Quod Tschirnhausii judicium de addiscendis Linguis B. Morhoff (m) adducit, & rectum omnino pronunciat. Verum non tam Auctoritatibus; qvam rationibus, hanc sententiam adstruere nunc juvat, in docendā Lat. Lingua (ut & in aliis) primò omnium in

eo existendum esse ; ut solidâ Auctorum Latinorum intelligentia im-
buantur discentes , antequam vel ad sermonis , vel Scriptionis , aut Com-
positionis exercitiū admittantur ; Primò enim Linguâ aliquâ loquvi vel scri-
bere , sc . cum ratione , requirit verborum & sententiarum , quibus ea ,
quaे loquimur , aut scribimus , proponuntur , intelligentiam ; Et sunt
termini , seu voces , signa conceptuum , [uti ex Aristot. eruditè differit B.
Gosmannus , (n) quibus animi nostrî sensa , seu quod mente concepi-
mus , significamus & exprimimus ; prius ergo de verborum & senten-
tiarum notitia comparandâ , quâm de eorum usu , qui Lat. Linguam
addiscere vult , cogitare debet : Hinc optimè Caselius (o) initium
studii Lat. Lingue in dictionum delectu , proprietate & puritate ponit.
Dein , non potest quis in Lat. Lingue exercitio pro lubitu sibi voces ac
phrases fingere , aut cuivis Nomini quævis verba jungere , sed propri-
etatis hîc maximè est habenda ratio ; omnis enim nostra Oratio , sive
voce , sive scripto expressa , stylo Veterum Romanorum conformata
sit necesse est , nec sufficit , Vossio judice , (p) loqui aut scribere Latio-
na , nisi & Latinè , Latinè ; autem loquimur ac scribimus ,
docente Scheffero , (q) quando illa Verba inter se junguntur , que con-
jungi solent à bonis Latinisq; Auctori bus . Verè hâc de re judicat Bec-
cherus , (r) inqviens : Dieses ist eine von den aller schwersten Hindernissen
und Confusionen in einer Sprache / daß jede Sprache ihre eigene Application
der Wörter hat / und darin die meiste proprietät der Sprache besteht / wel-
ches so man nicht in Obacht nimmet , sondern sich selbst die Licenz giebet
phrases zu formicen / so ist es geschehen / und wird einer in Ewigkeit keine
Sprache recht lernen / sondern unverständlich / barbarisch reden &c. Ist
demnach ein Ding in den Kunstu Sprachen schwer / so ist es dieses / ja die
Sprachmeister und Präceptores machens noch schwerer / in dem Sie der
Jugend die leichtfertige Freyheit zu frühe geben / Phrasis und Poëmatag zu
machen / denn dadurch gehet man von der propriâ rerum significatione ,
& idiomatum naturâ & usu hinweg / und macht sich selbst nährliche Phra-
ses , welches als ein Gifft zu fliehen &c. Idem & Dn. Polzius , Con-R.
Lynenburg. monet : (s) dum ait : Es ist woll zu verhüten / daß man
nicht qualibet verba quibuslibet Nominibus jungire , weil auch im Deut-
schen solcher Analogie nicht zu trauen / qvod adductis exemplis probat.
At qvomodo id in Lat. Lingue exercitio evitaretur , nisi an tè indelem
atque proprietatem ejus satis perspexerimus ? Qvomodo stylus noster ,

ut Scheferus postulat, (t) antiquæ redititudini conveniens, & ad exempla Veterum accommodatus esse posset, nisi antiquam illam redititudinem, & exempla Veterum, id est, quid apud veteres Latinos in usu fuerit, quidve minus, antè cognoverimus? Tandem ipsa, qvibus stylus comparatur atque perficitur, media, ut sunt, Auctorum Lat. Lectio, Versio-Imitatio &c. de qvibus infra suo loco, idem postulant, anteqvam ea suscipiantur ac tractentur, simplicem Auctorum Lat. intelligentiam esse expetendam; Quid enim puer legendo proficeret, si ea, qvæ legit, non intelligeret? Rectè proin B. Titius (u) antequam ad Auctores legendos accedamus, requirit, ut non modo communissima Lat. Lingua verba, sed multo etiam eleganiora jam teneamus, ne in Auctorem aliquem incidentes, velut in novum planè Orbem delati videamur. Et qvì in Versione Auctorum verba verbis reddere, ac in notiori Lingvâ sensum verborum satis exprimere qvis posset, si veros verborum significatus antè non perdidicisset? Idem enim hic locum habet, qvod Camerarius de Græcæ Lingvæ in Latinam Conversione ait (x) res expōnere perspicue significantibus Verbis, oratione propriâ, non caret Difficultate, ad hoc enim necessaria est antecognitio utriusque Lingue cognitio. Sc. : Verè Ant. Scorus(y) de Versione è vernaculo in Latinum (qvod & vice versa valet] dicit: Perversius nihil ne cogitari quidem potest, quāna qvod ea convertenda Latinè de vernaculo sermone præscribant, quorum vel nomina, vel loquendi modos, neḡ iūm, neḡ anteā, puer audivit; Hinc & Mechovius (z) sedulò cavendum monet, ne quid puerο vertendum detur, cuius appellations ignoret; Nam, qvod Vossius habet, (aa) non intellectis verbis, neḡ res intelligi possunt. Sc. Sed quid multis hæc perseqvor, res manifesta, & extra dubitationem posita est, anteqvam ad usum & exercitium Lingvæ accedatur, simplicem ejus intelligentiam præ reqviri. Ab hac verò Methodo ac regiâ docendi Viâ recedere, & ordinem hunc naturalem per vertere mihi videntur, non modò illi, qui ad familiaria colloquia Latina pueros, vix primis Lat. Lingvæ elementis initiatos, adigunt, de qvibus supra egimus, sed & hi, qui à Tractatione Exercitiorum, seu Versione textuum Germanicorum in sermonem Latinum, studium hujus Lingvæ inchoant, id qvod plurimis nunc, tam publicè, qvām privatim, docentibus, usu est receptum, adeo ut multum se neglexisse præceptores credant, si puerilis suis, qui tæpe vix paradigmata Declinationum & Conjugationum tenent, aliquot per hebdoma-

B

hebdomadam Exercitia, ut vocant, non proposuerint; Qvinimo & Pa-
rentes, & Inspectores, ex hoc tam de Magistrorum in docendo industria
ac dexteritate, qvam de puerorum in discendo progressibus, vulgo ju-
dicare solent. Sunt etiam non-nulli Scholarum Magistri, qui in do-
cendâ Lat. Lingvâ hunc sibi scopum non modò præfigunt, ut ad com-
positionem exercitiorum pueros qvam primū deducant, sed & ipsa
media, qvibus ad fundamenta Latinitatis jacienda utimur, à primâ sta-
tis institutione ita disponunt, ut compositionum exercitio maximè
inserviant; v. g. Vocabula pueris addiscenda proponunt Germanico-
Latina, h. m. der Stern / Stella. der Mond Luna &c. item Nomina
per Casus & Numeros, etiam Verba per Numeros, Personas, Tempora,
& Modos ita inflectere jubent, ut semper Germanica præmittantur, h. m.
Sing. Nom. der Eisch/Mensa. G. des Eischs Mensa. D. dem Eische Mensa &c
ita & in reliquis Declinationum Paradigmatibus; item: Ich bin Sum: Du
bisi/ Es, &c. Ich liebe Amo. Du liebest/ Amas &c, ut in Enchiridiis Gram-
maticis, qvæ nunc sub puerorum manibus sunt, videre licet. Et hæc quidē
non parum ad Compositionem seu Versionem e vernaculo in sermonem
Latinum conferre, qvis in docendo versatus non facilè concesserit?
an verò ad Auctorum Latinorum intelligentiam comparandam (qvam
primò omnium expetendam esse diximus) tantundem conferant, de
hoc valde dubito. Sed operæ pretium esse puto, qvid cordatores
Eruditorum de vulgatâ illâ exercitiorum Tractatione sentiant, adduxisse:
Tschirnhausius, Auctor Medicinæ Mentis (bb) ita de eâ loquitur: Cum
semper à facillimis sit exordiendum, non satis quis poterit mirari, qua-
re contra manifestam rationem vulgo à re difficillimâ, hoc est, ab ulti-
mo gradu, in puerorum institutione initium fiat; est autem bujus rei
ratio in promptu, qvia omnes consuetudine ducimur, non sanâ ratione,
Et commissos hâc in re errores, ut ut quis palpârî, rix tamen emen-
dârit; Præceptor quippe hâc ratione superficie multo labore posset,
nec aliud facit, qvam ut exercitia Latine reddenda Discipulo proponat,
reliquum quod est temporis, ipse in otio transgit, sudante interim disci-
pulo sibi soli relatio, seseq; in omnem misere torqueantem formam. Be-
cherus (cc) ait, das Construken und fühlzige Exercitium machen
sich ein Verderb der Zeit und große Hindernisse in narrisches und ver-
kehrties Wesen. Ita & Christ: Keimannus, Gymn: Zittay olim Rector:
(dd) Vulgarissima ratis est, inquit, proponere pueru materiam aliquam
verbis

verbis Germanicis, quam ille deinceps Latine vertat, nec id culpaverim temerè, si in tempore fiat, & pro Discipuli captu, aliter enim omnis eius utilitas perit; nam id in pueris facere, qui nondum vernacularm satis callent, & plura ejus ignorant longè, Latini autem sermonis planè rudes sunt, ut ut vocabula quædam teneant, & aliquam construendi rationem noverint, in tempore ipsum planè agi, ineptum est, Sic & (ee) Cl. Ravius, Exercitorum, inquit, vertendi suspendo studium. Et post pauca: Suspendo istam imitationis formam, hic usq; usitatem, cum matria reddendi dictatur, id quod & difficilis mihi institutum, & alicujus jam dudum judicii fuit existimatum &c. Maximè autem id improbant Viri erudit, quando materia quædam libera, ut vocant, seu quæ propriæ inventionis est, pueris vertenda proponitur; quâ de re optimè monet Chyträus (ff) inquisiens: de operam Praeceptor, ut in exercitio quoq; stylî rectè & commode versetur, quod fieri, si non propria inventionis Scripta pueris proponet, sed traditum aliquem locum Ciceronis in Linguam vulgarem puerum reddere jubebit, & adhibitâ puerilis compositionis Correctione, in ipsis Ciceronis verba cum deducet &c. Ant. Scorus de istiusmodi liberis exercitiis hunc in modum loquitur: (gg) nec quicquam perniciosius accidere studiis Lat. Lingue posset, quam quod neglectâ omni imitatione pueri à suis Magistris, quam Romanis ipsis, Latinitatem discere cogantur, Ant. Flaminius (hh) ait: His temporibus prope magis, quam unquam, necessarium est, ut Magistri coereantur, ne exerceant discipulos scriptis propriæ inventionis ac compositionis; & post pauca dicit, hos, qui alios scribendo exercere volunt, si proponant composita à se ipsis, damnum haud leve daturos esse, nisi sint excellentes ipsi Scriptores. Sic & Boëclerus (ii) Das gemeinlich die Praeceptores in den Schulen aus ohngefehr ergriffenen Büchern (als den Erquickstunden/ dem Exempel-Buch/ der Accrâ Philologia, und dergleichen) eine materiam heraus nehmen/ dieselbe denen Discipulis an dictieren/ und also befehlen zu machen/ errorem vocat. Et post pauca (kk) hac de re ita insit: So kan ich auch nicht finden / daß es mit der rechten Art der institution übereinstimme / wenn man zum Exempel denen Knaben ein teutsches Exercitium dicaret / und hernach befehlet / Sie solten ein Lexicon zur Hand nehmen / und es lateinisch machen / &c. Et post quam de incommodis, quæ ex hoc ensuntur, de quibus & Schefferus (li) Polzius (m) aliique monent, pluribus dixerat, tandem concludit his verbis

verbis: mirandum sane est, non animadvertis, aut evitari tale periculum ex quo id consequi necesse est, ut adiutoribus demum annis, prima latinitatis elementa, quantum ad delectum vocum & pbrasum, addiscantur, & Poete illud locum habeat: o seri studiorum! Caselius dicit (nn) Scriptionem sc. exercitiorum liberorum cogere puerum ad magna in sipientia, ideoq; hanc exercitationem à Scholis puerilibus abesse vult. Nec aliter de vulgata exercitiorum liberorum tractatione sentit B: Morhoff, (oo) dum inquit: Versionem Thematis Germanici in Lat. Linguam ego pro libitu non instituendam spaserim; non probo illos, qui Historias quascunq; vertendas proponunt, inter quos est, qui universalem aliquam Historiam (Seyboldum fortè pungit, cuius Officinam Mechovius (pp) Barbarie Officinam vocat; vel Wilhelmum Rect. Berolin. Reformat, qvi hoc modo Hist. universi edidit, per certas pericopas distinctionem, pbrasibus in margine ad eius, huic fini publicavit &c. Equidem Schefferus (qq) istiusmodi versionum leu compositionum exercitia admittit, sed mox (zz) Rhetorica studiofis ea convenire ait: Hoc sensu quoque B. Morhoff monet (ss) Compositionem sermonis Latini non negligendam, & ad maturiores annos seponendam esse; verum addit, tum sc. cum iam satis accurate Auctores intelligunt discipuli. Plura Eruditorum de vulgata Exercitiorum Tractatione, qvæ ante sufficientem Auctorum Lat. intelligentiam instituitur, judicia brevitatis causâ non adduco, ex dictis satis liquet, qvid de eâ sentiendum, sc. eam ex ordine docendi naturali non procedere, nec optimis hisce Philologis probari. Non dicam nunc de difficultatibus, qvibus, id per se premitur, quando præceptores pueros vix 9. vel 10. annorum ad scriptionem adiungunt, qvi vix literas recte formare didicerunt, hoc ipso enim fit, ut eorum Compositiones, qvæ potius avium ungibus, quam hominum manibus, exaratæ videntur, à Præceptoribus nec legi, nec adhibita Constructione Grammaticâ emendari possint; cum tamen, Richerio (tt) judece, in omni studiorum moderatione nihil majore curâ & solicitudine tractandum & procurandum sit, quam recta compositionum institutio & emendatio.

- (a) l. c. Cap. 7. (b) l. c. Cap. 10. (c) l. c. Tract. I. Cap. 4. §. 8. (d) l. c. Cap. 2. §. 3.
- (e) Praefat. in Jan. Comenii (f) Tract. de Stud. rat. p. 16. (g) l. c. cap. 12. p. 46.
- (h) Lib. de Ludo Lit. ap. p. 110. (i) l. c. cap. 6. §. 2. (k) in Schediasmate de Stud. Scholast. p. 27. (l) in Medicinâ Mensis Cap. 2. (m) l. c. p. 424. (n) in. in Colleg. Log. MSc. Disp. 2. (o) Lib. de Lud. lit. ap. p. 81. (p) in Aristarc-

ch9

ehoLib.7.Cap.1.(q) Lib. de Stylo Cap.4.§.8. [r] in Method. Dida&t. Part.2.
p. 41. (s) im geschildten lateinischen Redner cap. 4. p.167. (t) l. c. cap. 3. §. 2.
seq. (u) in Manuduct. ad excerp. Tmem. 69.p.487. (x) in Not. ad 7. cap. 15.
Polit. Aristot. (y) de ratione docendi discendiq;ve L.L. p.35. (z) l. c. Tr. 3.
cap. 4. §. 9. (aa) Tract. de Stud. rat. p.27. (bb) l. c. (cc) in Method. dida&t.
part.3.cap. 1. (dd) in Orat. de Exercit. styli p. 9. (ee) in Dissert. de St. L.I.,
§.949.971.974. (ff) in Sciogr. cit. p. 31. (gg) l. c. (hh) in Epist. ad Cali-
num (ii) in Manuduct. ad Au&t. Class. p.54. (kk) l. c. p. 68. seq.; (ll) de
stylo cap. 12. §. 8. (mm) l. c. §. 3. (nn) de Lud; lit. ap. p. III. (oo) l.c. cap.13.
(pp) l.c. Tr.3 Cap 9. §. 11. (qq) l.c. Cap. 14. §. 5. (rr) l.c. §. 12. (ss) l.c. Cap.
13. p. 467. (tt) in Obstetr. Cap.6.§.6

CAP. III.

*De Auctorum Latinorum intelligentia, tanquam fundamento
Lat. Lingvæ, quæ in notitia & abulorum & Phrasum, itemq;
constructionis Grammaticæ consistere dicitur,
Eunde hæc baurienda:*

Uerò haec tenus non modò optimorum, tam veterum, qvam
recentium Philologorum auctoritatibus, sed & certis rationibus
adducti, vulgatam exercitiorum Tractationem, tanquam falsum
& supposititum Latinitatis principium, de docendi Viâ remo-
vimus, sic nunc porro in verum ejusdem principium ac fundamentum,
qvod est, ut sàpē dictum, solida Auctorum Latinorum intelligentia, al-
liùs inqviremus, expensi, qvomodo puer èo eruditioñis pervenire
qvam commodissimè possit, ut Auctores Lat. qvoad stylum & loquendi
formam, sine Lexici ac interpretis adminiculo intelligat; id fieri, & pau-
cis multa dicam, si & vocabulorum, & Phrasum, simulq;e construc-
tioñis Grammaticæ, exactam sibi comparaverit notitiam, qvid enim præ-
ter res in Auctoribus deprehendimus, qvam voces & phrasæ, qvæ secun-
dum Grammatices Præcepta sibi in vicem junctæ sunt: *in duas has par-
tes dißionem dividunt, & tota Latinitas in delectu verborum & locu-
tionum, consistere dicitur* Vid. Titius (a) Boëclerus (b) Lipsius [c] aliqve.
Qui ergo Voces ac Phrasæ, simulq;e rationem Grammaticæ Constru-
ctionis noverit, Auctores qvoq;e Latinos facile intelliget. Hoc est
verum illud ac genuinum principium, unde felices & solidi in Lat. Lin-
gvâ progressus unicè pendent, & fundamentum, cui totum hocce stu-
dium innititur, qvo nisi probè jacto, qvicq;id superstruxeris, corrut
necessæ est; frustra enim, ut jam antè significavi, vel saltem admodum
difficul-

difficulter, compositio, ac omnis styli exercitatio, perficitur, nisi pueri notitiā vocabulorum & Phrasium satis sint instructi; contrà verò, hoc fundamento rite posito, exercitia illa styli, cum nihil difficultatis habere possint, quām optime succedent, qvod usus satis comprobat. At proh! quām frigide, perturbatē ac dissolutē fundamentum hoc Latinitatis vulgō tractatur! quām pauci sunt Ludimistrorum, qui in hanc rem curas atque cogitationes suas rite defigant, ut per sufficientem vocabulorum ac Præceptionum Grammaticalium cognitionem ad solidam Auctorum Latinorum intelligentiam quām primū perducant discentes. Multi, ut supra diximus, fundamentum hoc prorsus negligunt, per devia & sinuosos recessus ad Latinitatem grassantes; alii, cū in docendo minū sint versati, parvi referre putant, quā ratione inferiora hæc studia tractentur, imo perinde habent, cūjus hic ductu & auspiciis utantur, aut quosnam inferioribus institutionis scholasticæ partibus præficiant, tæpe ineptissimorum hominum arbitrio fundamentum hoc tractandū relinqventes; alii animadvertisunt quidem inferioribus his studiis scholasticis plurimum momenti ad Lat. Linguam addiscendam esse possum, sed, cū nimis docti (verbis Schmidii(d) iterum loqvor) ad scholasticas operas obeundas venerint, hæc elementa Latinitatis tractare ipsos piget pudeatque, ac suo se satis rectè functos officio putant, si in aliioribus styli exercitiis superiorum classium sedulò exerceant discipulos, de inferioribus studiis (ut quæ nihil jucunditatis habent, & raro honore ac præmiis, tanto labore dignis, compensantur) rectè ordinans, nequidem cogitantes. At sane, non esse hīc omnia adeo expedita, ut vulgō credunt, sed maximam docendi difficultatem. & plus quām Babyloniam confusionem residere in inferioribus illis studiis Scholasticis, iisque juventutem in addiscendā Lat. Linguā maximè turbari ac retardari, post tot Virorum Artis docendi peritissimorum testimonia, quotidiana loquitur experientia. Ita hāc de re Dn: Cellarius,(e) Lat. Linguam, inquit, quam vel sexio etatis anno cœperunt discere, vix vicenarii plerumque perdiscent Adolescentes, cum Gallicam alii, aut Italiam Linguam triennii curriculumplenissimè absolvant; non ingenis hæc mora imputanda est, nec ipsi Lingue per se facilime, sed, si dicendum, quod res est, preposteræ institutioni &c. ubi in iis, quæ sequuntur, de defectibus instrumentorum seu mediorum, quibus

C

fundat-

fundamenta Latinitatis vulgò comparari solent, planiùs agit. Sic & M. Iac. Engelbrecht (f) moram progressibus puerorū in Lat. Lingue audio interpositam inde provenire dicit, quod ordine magis confuso, quam Methodicè distincto, PRIMUS informentur. Quod & vernacula Linguā exprimit (ut plurimos alios idem statuentes nunc prætermittam) Seyboldus (g) inquiens: diem isten difficulteten stecken in den Lectionibus inferiorum Classem, und gehet es hierin beydes bey den docentibus und discenibus am hāttesten her / bis man der Jugend die fundamenta atriusque Linguae in etwas beybringe. Sed quid testimonia aliorum adducimus, cum quotidianam, uti diximus, experientiam habeamus hujus rei testem. Certe non desunt etiam hodie Scholis (qvæ Dei est Clementia) Viri non modò solidâ Artium atque Disciplinarum Scientiâ celeberrimi, sed & in Lat. Lingua (alias nunc taceo) versatissimi, Oratores ditertissimi, qui, quomodo stylus exerceri debeat, & sciunt, & accurate satis docent, quâ de re testantur toteorum monumenta pulicæ luci exposita; nihilominus tamen etiam sub talium Virorum moderamine juventutem in addiscendâ Lat. Lingua sâpe multos annos consumere, & vix quid solidi ex eâ percipere, quoties comperimus? post magnam enim & temporis, & sumptuum jaucturâ plerumq; omni operâ vix tantum estefferem, ut Auctor quidam Latinus (v.g. Nepos, vel Offic. vel Epist. Ciceronis ad Fam.) intelligipossit, & ubi Latinè loquendum aut scribendum est, pueros in fundamentis hærere, & copiâ vocabulorum, ac solidâ præceptorum Grammaticalium, tam Etymologicorum, quam Syntacticorum, cognitione destitui, manifestè deprehendimus. Qvæ res, cum præter spem atque intentionem multis, docendi spartam sâpe magnâ cum persuasione ac jauctantiâ suscipientibus, eveniat, iis, qvibus concredite sibi juventutis progressus curæ, ut debebant, cordique sunt, non parum affer admirationis & solicitudinis; unde & Methodum seu docendi Viam non modò sâpe mutant, & repudiatis prioribus novos Autores Duces introducunt, (licet pari plerumque successu) sed & functionis Scholasticæ, tanquam rei desperatae, tædio facile afficiuntur, nihil magis, quam illud Monica: Ego lemus hinc, animo meditantes, aliudque vitæ genus affectantes. Hic sanè nihil aliud causæ subest, quam qvod media seu adminicula, qvibus pro fundamentis in Latinitate jaciendis utimur, non satis recte ordinata aut constituta sint; quilibet enim

enim juventutem erudiens hic nosse debet, monente Mechovio, (h) ineptis, pervercis, & fallacibus libellis nunc omnia esse plena, qvibus si utimur, fundamentum non ponimus, sed perdimus. Imò eò nunc hæc res est loci, ut non modò à docendi officio remoti, & harum rerum imperiti, sed & pueri io, vel iꝝ annorum libros vel conficiant, vel disponant, qui non nullis ad fundamenta in Lat. Linguæ studio jacienda sufficere putantur. Sanè, si Capnionille, qui jam suo tempore, reconsente Posselio (i) multitudinem librorum maximè obstatre dixit progressibus juventutis, revivisceret, qvid de innumeris, & maximam partem fallacibus, libris, qvì teneræ nunc ætati obtruduntur, dicendum judicaret? Non ergo inter tot offendicula h̄ic temerè procedendum, nec fundamentum hoc Latinitatis lusque de qve habendum, aut imperitorum hominum arbitrio est permittendum, sed adminicula primæ ætatis qvā accuratissimè apparanda, nec cui committenda sunt, nisi qui in docendi exercitio versatus, & harum rerum peritus sit; sicuti enim in domo regiâ exstruendâ ipse Rex, vel princeps, primum fundamenti lapidem μελάνης Φαυτοῖς ponere solet, sic quoqve in palatio Latinitatis exstruendo fundamentum negligere, aut hominibus, neqve ingenio, neqve doctrinâ, neqve rerum usu præstantibus tractandum relinqueret non convenit. Graviter monet Quintilianus (k) Præceptore protinus optimo utendum, ipsaque studiorum initia à perfectissimo quoque tractanda esse; Qvod & b. Morhoff (l) inculcat, dum ait: *Præceptores etiam in primâ infanîâ optimi deligantur, non eruditæ solum, sed & optimo judicio practico prædicti, cujus prima lineamenta impressa per totam vitam discipulum comitabuntur.* Sed hæc alibi pluribus; nunc saltem ad fundamentum in Lat. Linguæ studio jaciendum & voces & phrases, nec minus præceptiones Grammaticales scitu esse necessarias, in sequentibus optimorum Philologorum testimoniis breviter comprobabimus. De distinctis autem his distinctè quoq; agemus, & primò quidem de vocibus Lat. Linguae simplicibus, has maximè tenendas esse docet Sturmius, (m) qvi ait: *Præter infleſſandi officium illud quoque etiam aq; etiam diligenter faciendum est præceptori, ut copiam sibi pueri atque facultatem comparent vocabulorum, rerum earum omnium, que in quotidiano versantur usu, quæ sensibus hominum sunt explicatae; nibil videatur in corpore hominis, nihil in pedibus, nihil sit culinâ, in cellâ vinariâ, in cellâ*

frumentariā, ad cēnam quotidianam nihil afferatur, nihil in horis
 tis conspicitur herbarum, fructuum, arborum, nihil in Scholis sit
 usurpatum, nihil in Bibliothecā, nihil in templis frequentatum, n̄
 hil in cōlō sensus quotidie hominum moveat, quod pueri, quo ad eū
 fieri poterit, non queant Latino nomine nominare. Et alibi (n) idem
 inquit: Eloquentie fons & Origo semper mībi visa est verborum co-
 pia & delectus, bēc enim duo faciunt, ut eloquentiae rivuli copiosiore
 aquā fluant, atque ferantur. Et alibi (o) graviter eos perstringit,
 qvivocabulorum inopiam laborant, inquiens: Multos videmus, qui
 in quotidiano sermone prudentiam praeferunt, at in Lingua Latinā,
 aut Gracā, parum ab ignarīs atque indoctis differunt, hoc non rerum
 ignoratio, neque sententiarum desitutio, sed verborum penuria parit.
 Huic malo ut mederetur, & viam pararet, qvā ad vocabulorum noti-
 tiā pervenire quis posset, ipse Filum suum adornavit, qvo, qvicquid
 in universitate rerum est, qvoad appellations suas complexus est.
 Quid autem de Sturmianā hāc Methodo sentiendum sit, apud b. Mor-
 phosium (p) non uno loco legi potest. Possent & ex Veteribus pro hāc
 sententiā de Vocabulis addiscendis stabilēndā adduci Hadrianus, Junius,
 Desid Erasmus, Theoph. Golius. qv titulos nomenclatoris juniani in
 ordinem haud paulò concinniorem & commodiorem redegit, Nicod.
 Frischlinus. Nath. Chyträus, cuius Nomenclatorem non modo pueri-
 tie necessarium judicat, Caselius (q) sed & ideo ei maiores graias ba-
 bendas, vel referendas esse dicit, qvod se ad bēc puerilia à multō gra-
 vioribus publicae utilitati demiserit, &c. Idem qvoque ex cordatis Re-
 centioribus sedulō inculcat Mechovius, (r) ante omnia, inquiens, Vo-
 cabula ad Lat. Linguam cogniti sunt necessaria; & iterum dicit: (s) Cero-
 tē, quilo qui de omnib⁹ rebus cupit, omnium rerum Nomina teneat,
 necesse est; & post pauca: nullum aliud hic erit remedium, nullum com-
 pendium, vocabula omnia sunt discenda. Idem & Beccherus (t) Titius
 (u) aliique plurimi monent; nobis nunc unus Sebāst. Meierus, Rector
 olim Lubecensis, sit loco omnium, ita autem ille: (x) existimandum
 non es, inquit, quemadmodum territi maleque sani adolescentes non
 pauci statuunt, vocabulorum rationem non magnopere ducendam, aut
 ex notitiā vocabulorum non largam admodum eruditioinis messem esse
 sperandam, cum prima queaque pubes hoc defatigari labore, inque vo-
 cabu-

cabulis ediscendis exerceri soleat; nequaquam: quanta levius abjectius
 que hoc studium vulgo habetur, tanto pluris sit omnibus, qui aceti quid
 in pectore habent, & inter Barbariem, ac veram Latinitatem disser-
 nere norunt; nunquam, credite mibi, secessit, aut fallet, quod maxi-
 mus dicendi Magister, Fabius, crebris usurpare sermonibus confuevit,
 cum scire vocabularerum maximam esse Eruditionis partem, affirmare
 non dubitavit. Sed cum omnia, ut ex Mechovio diximus, Vocabula
 puer nosse debeat, repudiamus meritò judicium hāc de re Jani, Cæcilii,
 Frey, (y) qui tria millia vocabulorum satis superque esse ait, ut aliquā
 Lingua confabulari, sermonesque serere possimus, quid enim ex hāc vo-
 cabulorum paucitāte aliud conseqvi posset, quam summā in loquendo
 paupertas, ut plurimas res vel planè silentio tegere, vel obscurè saltē
 circumscribere, ac delineare cogeremur; nullum autem maius in ser-
 monē potest reperiri vitium, Richerio (z) judice, quam quod ad ex
 paupertate & inopā extorqueatur. Neque huic negotio satisfacere
 mihi videtur sententia Ludovici, Rectoris Scholæ Oering, q̄i voca-
 bula ex uno Libro vel Auctore Lat: excerpta ad Lat. Linguae exercitium
 sufficere putat; in quo consilio à Ratichianis haud longē abit; Verba
 ejus, qvæ adducit Dn. Polzius [aa] ita habent: Ego Auctor essem vo-
 cabula discenda) juxta vocabularium aliquod unius saltē scriptoris
 classici tractandi (e. g. Cornelii Nepotis) ex hoc puer literis Alphabetū
 cognitis, syllabifare, legere, Accidentia partium Orationis agnoscere,
 & tandem Latinè loqui & scribere addiscat, nec, ut nullus dubito,
 sine suo exiudeat; si enim magnu ille Theologus (quem nominat) ex unis
 Officiis Ciceronis, & Organo Aristotelico, Graciam & Latinam Lin-
 guam hauſit, quid impedit, quo minus quā ex hoc Auctore eleganiam
 Lat: Lingua addiscat; Sed si omnes Scriptores Classici simul sumpti qual-
 cunque materias, de qvibus loquendum aut scribendum est, non tra-
 ctarunt, teste Comenio, (bb) q̄i unus Nepos hic sufficeret? Recte
 Auctor Scholæ Latinitatis Goth: (cc) cum pueris, inquit, plurima vo-
 cabula, ad rerum Universitatē pertinentia, ediscenda injungantur,
 neque iis omnino carere illi possint; tum variā atque multipli materia
 dicendi scribendique opus sit, nisi de aliquibus non de omnibus rebus
 in quibus versamur, erudiri cupiamus: Unius arg⁹ alterius Auctoris la-
 bor minimē deducet nos ad Universale hoc, quod in Lingvarum notitiā

¶ 22. ¶

exigitur, studium. Neq; id quidem ferendum puto, qvod Rhenius, Vit
aliás de juventute Scholasticā meritissimus, (dd) *Adverbia, Conjunctiones, & Interjectiones*, ut in Libris existant, à pueris memorier recitari
non patiuntur; Adverbiorum enim & cæterarum particularum notitia
et que facit ad Auctorum Latinorum intelligentiam, ac Nominum &
verborum: Et videntur mihi, qui de solis Nominibus ac verbis addi-
cēndis in Lat: Linguae studio solliciti sunt, particularum autem vel nul-
lam, vel saltem proletariam curam habent, similes illis, qui in ex-
struendo ædificio de solis lateribus ac lignis, non item de luto, calce,
aliisq; materialibus cogitant, vel qui novam sibi comparaturi vestem,
solo panno, & qvod huic subducitur, se instruunt, globulos autem,
lintea, lemniscos, aliaque ad vestem vel conficiendam, vel ornandam per-
tinentia, negligunt. Omnia, qvod saepius dixi, vocabula, sive fint Nomina,
sive Verba, sive particulae, pueri sunt inculcanda, adeo ut nullum sit,
cujs significationem, & si flexibile est, genus, & in flexionem non teneat,
ne unquam in Auctorum lectione ad lexica confugere, qvod alias etiam
minimae particulae ignoratio efficere potest, necesse habeat; & quidem
non tantum Germanico Latina, sed ex maximè Latino-Germanica, qvia
ab his intelligentia Auctorum Latinorum proximè pendet. Interim qua-
tenus hoc accipiendum sit, & quo usq; dictum velim, infra, suo loco pa-
tescit. In illo autem, adserente Tschirnhausio, (ee) maxima sorte vide-
etur esse difficultas, undenam sit haurienda vocabulorum copia, seu unde
notitia vocabulorum, cum tanta eorum multitudine, ut, qui se supputasse
dicunt, ad 70000 numerent, (ff) petenda sit. Sunt qui operosum nimis
putant, inquit Mechovius, (gg) *Vocabula singula ediscere, neq; diffiteor,*
bic non nihil difficultatis exsorbendum esse. Si ad Veteres hic recurrimus,
ab iis auxilium petituri, eorum monumenta hominum incuria maximam
partem intercederunt, nec ad nos pervenerunt; Recentiores vero in
diversas abeunt partes, plurimaque sunt hac in re sententiarum divertia,
quæ tamen omnia ad duas classes revocari possunt, sc. qvod alii voca-
bula in contextu posita, & per analysin inde eruta, alii vero extra con-
textum, absolute, ac nudè, pueris propōnere svadeant, de qvibus di-
stinctè in sequentibus.

(a) in

(a) in Manuduct: ad excerp: §. 4. b) in Manuduct: ad Auct. Class. p. 71.
 (c) In Instit. Epist. Cap. 11. (d) Præfat. in Grammat. (e) Præfat. in Lib: prob. & exerc. Latinit. memor: (f) Præfat. in Complem. Lat. Lingvæ (g) Præfat. in Præcept. Method. p. 6. (h) l. c. Tr. 3. Cap. 3. § 5. (i) in Orat. de ratione discendæ ac docendæ Lingvæ Lat. & Gr. (k) Lib. 2. cap. 3 (l) l. c. Cap. 10. p. 453. (m) in Epist. 2dā Classicā (n) in Præfat. ad Theod. Richelium (o) in Lib. de Lud. lit. ap. p. 26. (p) l. c. Cap. 2. p. 329. seq & Cap. 13. p. 470. (q) in Epist. ad Adam. Thracigerum (r) l. c. Tr. 2. Cap. 20. §. 3. (s) l. c. Tr. 3. & 4. (t) in Method. Didact: part 3. cap. 1. & præfat. in Organum novum: (u) in Manud. ad exc. §. 69. (x) Præfat. in Nomenclatorem (y) in Viā ad. div. Scient. &c. Cap. 6. p. 14. (z) in Obstetr. Cap. 5. §. 4. p. 125. (aa) im geschäft lat. Redener Cap. 4. §. 7 (bb) Præfat. in Jan. (cc) in præfat. (dd) in Pædag. p. 50 (ee) in Med. ment. l. c. (ff) Vid. Comenii Schola Triclass. cap. 1. §. 16. (gg) l. c. Tr. 3. cap. 3. §. 15.

CAPUT VI.

De iis, qvi ex contextu vocabula addisci volunt.

Ex iis, qvi Vocabula in Constructione cum aliis, aut in contextu posita, & per Analysis inde eruta, pueris proponi volunt, qvi, dam non nisi ex ipsis Auctoriibus ea haurienda statuunt, & proin, post jacta Declinationum & Conjugationum fundamenta pueros statim in ipsos Auctores intromittere, in iis occurrentia Vocabula ac Phrases in calamus dicitare, puerisq; s̄epe dē iis interrogando, inculcare jubent; qvæ sententia Viros non minimi Nominis Patronos habet: Sumatur liber, inquit Tschirnhausius, (a) quem aut puer jam cum in vernaculâ Lingvâ satis cognoverit, aut talia continuerit, qvibus euna quām maximè delectari sciveris, in bujus libelli quālibet parte explicanda operam dabis, ut omnia in eo occurrentia vocabula, te continuò rogante, ipso autem respondente, memoria mandet; secundò jubeas eadem Vocabula omnia ipsum declinare vel conjugare, extra ordinem, ut supra docui, ipsum indefinenter rogando; tertio bis peractis ipsi ipsum explices extum: Non video, quid bīc obset, quin si vel stupidissimus fuerit, longè minore opus habeat labore ad interpretationem Latinorum Auctorum addiscendam, quām si aliquid ex vernaculo in Latinum transferat sermonem, vel, ut fieri solet, componat. Ipleb. Morhoff quoque ab

ab hâc sententiâ videtur esse non alienus, dum ita scribit: (b) *Vocabula in legendis Auctoris suâ sponte occurrent, citra ullam memorie fatigationem.* Et infra(c) idem inquit: *E sermone simplici quidem, sed rectè suis particulis jundo, potius Nomina, Verbaque disienda sunt;* & iterum: (d) *Si Vocabulorum res agitur, illorum cognitio vel ultra è lectione nobis occurret, ut non sit magnopere de iis laborandum; adit tamen: si vocabula nuda pueris proponere nolumus, quod primâ atate sufficer e posse.* Hunc verò Auctores tractandi, & ex iis vocabulâ docendi, discendiqve modum Joh. Starkius, Scholæ Hamburg: olim Pro-Rector (e) ex Dresero ita proponit ac describit: *primò in memoriam redigatur summa Lectionis præcedentis, secundò investigetur vocabulorum significatio (qvo fine puero semper Lexicon ad manus esse volunt) tertiò summa rei inquiratur, quartò series partium ordine consideratur, quin:d vis & usus singularium vocum, phrasum, doctrine, sententiârum, in singulis partibus colligantur, & ad locos suos, que àxioum-pœnæ, & aiōnay, referantur &c.* Sed hanc pro addiscendis Vocabulis Methodum, qvam Beccerus omnium stultissimam vocare non dubitat, (f.) mihi adeo non probari lubens profiteor; Primò enim non attenuari hâc ratione vocabula discendi molestiam, sed potius duplicari, & augeri, qvotus non videt? Qvis negabit, vocabula nuda facilius addisci posse, qvam qvæ ex contextu multo labore eruuntur, sicuti latenses singuli & soluti aptiores sunt ad struendos parietes, qvam qvi ex rudibus ad huc sunt eruendi. Dein nulla hâc est ad notitiam vocabulorum comparandam via, cum nullus sit ordo, sine qvo omniseorumnotitia evanida, imo nulla est; promiscue enim in Auctorum Lectione vocabula occurunt, Nomina, Verba & particulae, propriæ & impropriæ significacionis, primitiva & derivata, simplicia & composita, analogæ & anomala etc.; atqyomodo hâc puer singula, unâ cum accidentibus suis Grammaticis, rite observabit, ac satis dignocet? præterea studium vocabulorum hâc ratione institutum, vel ipso Comenio (y) judice, *maxime incommodum est, ac nimis impeditum, saepè enim in unâ Ciceronis Epistolâ, vel alius ejusdam Auctoris Capite qvadam, aliquot centuriæ Vocabulorum deprehendens, qvando autem ea omnia & singula, ut eorum sensum conseqvatur, puer in Lexico suo evolvet, qvando resolvet, qvando memorie involvet, qvando denique Auctorem ab-*

fol.

35

Solvet? Si non plus est legendum, ut Sturmius (h) monet, quam re-
cordandi vis possit sustinere, seros Ianè progressus in Lat:Linguâ faciet
qui hoc modo procedit. Hinc cum eodem Sturmio (i) mibi non pla-
cent, quic Lexicis eloquenter fieri volume, id qvod Boëclerus (k) er-
corem vocat, Tandem qvoque plurima sunt in vocabulorum & phras-
um scriptione incommoda, tam docentium, quam dissentientium respe-
ctu; illi enim in explicandis hoc modo Auctoribus suis notis & commen-
tationibus, non modò Philologicis, sed & Philosophicis, Theologicis, ju-
ridicis &c; ut Sapientiam suam, fortè ex Lexicis haustam, manifestent, sae-
pe juventutem turbant, & ejus in Lat:Linguâ progressus pessimè remoran-
tur, maximè dum res potius, qvam ipsum stylum, tangunt. Qvod gra-
viter perstringunt Caselius, (l) Richerius, (m) Rayius. (n) Mechovi-
us, (o) aliquie: Pueri qvoque in excipiendis vocabulis & phrasibus
non modò segnes esse, sed & plerumque vitiosè scribere solent; hinc
sit, ut vocabula, si ea non exceperunt, aut planè nesciant, aut, si ea
vitiosè exceperunt, ita qvoque imbibant, & postea parum emendatè
usurpent; qvodus Scholarum Magistros satis edocet. Non ergo ex
Auctoribus Latinis, eorumque Lectione & resolutione, ut illi volunt,
vocabula sunt discenda; exercitium qvidem Linguae ab iis totum pende-
at, ut infra suo loco dicetur, intelligentia verò aliunde petenda est. Alii
non qvidem ex ipsis Auctoribus, ex collectis tamen Auctorum, vel
etiam confictis tentientiis, vobabulorum copiam comparari volunt,
ut Gvilielmus & Joh. Batei, unà cum Stephano Hiberno, (p) Pascha-
sius Grosippus, seu Gasparus Scioppius, (q) Seidelius, (r) Vogelius,
(s) aliquique, qui passim vocabulorum discendorum causâ juventutis
proponuntur; sed de his idem valet, qvod modò de Auctoribus dictum.
Sententias qvidem addiscere & utile puero, & necessarium est, ut
Seyboldus, (t) Dunkelbergius, (u) aliquique plurimi, qui eas congeslerunt,
rectè monent, qvà de re & infra suo loco; at tententias addiscere, ut
ex iis vocabulorum copiam nobis comparemus, præposterum, & in-
eptum planè est: Præpostoris agunt Consiliis, iuv, acta agunt, inquit
Mechovius, (x) qui banc viam ingrediuntur, minori enim negotiis
vocabula simplicia capiuntur, quam integræ hujusmodi comprehensi-
ones. Et post pauca; incipendum ab his est, que prima sunt, nam
manifesta cœcitas est, primis postrema præferre, quod hi certè faci-

ant, qui Porculam, aut Januam ingrediuntur, qui integras comprehensions pueris proponunt, antequam nomina & verba tenent, domos condunt, antequam materiam & camenta preparaverunt. Qvod idem etiam iis dictum sit, qui ad colloquia seu dialogos, cum sacros, tum profanos, ut sunt Corderi, Erasmi, Vivis, Castalionis, Politiani, Helvici, Seyboldi, Königii, aliorumque, cum puerulis suis addiscendae Lat. Linguæ causâ properant, inde vocabula excerptunt, eaque pueris ediscenda tradunt, parum enim & inde utilitatis provenire, sapientiae parum, etiam si bi libritoti memoria tradantur, testis ipsa experientia convictus est idem Mechovius (y). Interim, quo in loco dicti libri sint ponendi, & quando cum fructu adhiberi possint, infra suo loco dicetur. Dn. Gilbertus Jenensis, fortè pietatis studio adductus, ex dictis biblicis vocabulorum copiam hauriendam esse tradit (z); sed, quanquam cum b. Morhofio (aa) dicta principia biblica secundum Locorum ordinem disposita pueris in primâ etiam aitate incoleanda esse ipse statuo, tamen quomodo ea viam rectam & proximam ad vocabulorum notitiam pandere possint, non video. Alii totum hoc universum ex oratione, ac quasi in tabulâ juventuti sistere, ac representare sunt annisi, & sic omnem rerum nomenclaturam, que alias in Auctoribus Latinis maximè dispersa est, periodis concisis, certisq; capitibus distinctam, exiguo saepè libro exhibuerunt, ita quidem, ut quælibet vox, quod ajunt, non nisi semel, idque debito sibi loco, occurrat. Inter hos eminet Joh. Amos, Comenius, qui nunc in omnibus ferme Scholis, tam publicis, quam privatis, regnat, & ubique discendae Lat. Linguæ causâ pueris proponitur. Non dicam nunc de singulis hujus Viri Scriptis ac operibus, quæ Scholae ejus Triclassis exhibit, cuius cursus anni primi Vestibularis est, & habet (1) Vestibulum, (2) Rudimenta Grammaticæ, (3) Repertorium Vestibuli, sive Lexicon; quò & (4) referunt Orbis pictus, & (5) Auctarium Lexici: Anni secundi est janualis, & habet (1) Januæ contextum, (2) Clavem, seu Grammaticam janualem, (3) Lexicon januale prius, Latino Germanicum, (4) posteriorius, sententiosum: Anni tertii Atrialis, & habet (1) Atrium, (2) Artem ornatoriam, seu Grammaticam elegantem atriale, (3) Lexicon Latino. Latinum, (4) Scholam Ludum, seu Encyclopediam vivam, h. e. Praxin scenicam, quam Methodum suam, ipse Comenius (bb) aut totam se-

quen-

quendam, aut totam missam esse faciendam dicit.) De singulis hisce operis Comenianis nunc brevitatis studio, quod dixi, non agam; sed tantum de Orbe, ut barbarè dicitur, sensualium picto, ut & de januâ ejus Linguarum referatâ, quæ seminarium Linguarum & Scientiarum omnium audit, qui duo libri operum Comenianorum omnium vicem explere, & pro Lat: Linguâ comparandâ soli sufficere multis judicantur. Credo verò dictos libros non rorū, (cum Scheffero (cc) loqvor) sed verborum, sed Latinitatis acquirendæ causâ, pueris vulgo propandi; scientiæ enim ante solidam Lat: Linguæ cognitionem non sunt proponendæ: *Quis sublimes Scientias, inquit b. Morhoff (dd)* pueris proponunt, ante solidam Linguarum cognitionem, cum ratione ipsâ insaniunt, illosque insanire doent; verba enim prius, post res sunt discenda, ait Desiderius Philomusa, (ee) unde pessime consulunt tenera aitati, qui disciplinis sublimioribus prematur eam inservire sacagunt. Ita & Mechovius (ff) scientias rerum, inquit, pueris tradere, quod nostrâ memoriam non nulli occuperunt, præpostorum est, & felicem exitum non habet. Idem quoque pluribus perséquitur Riche-rius, (gg) ut alios nunc taceam. At si ego dictos Comenii libros ne verborum quidem, seu copiæ vocabulorum comparandæ causâ, satis recte adhiberi, & pueris proponi contendero, à veritatis tramite me non aberrasse puto; primo enim de Orbe picto, ut dicitur, res est satis expedita, eum boni vocabularii seu nomenclatoris vicem sustinere minimè posse, non modò, quia integras comprehensiones ac sententias, non simplices voces, exhibet, quod Viris eruditis haud probari, haec nos ostendimus; sed etiam, qvia aliæ boni nomenclatoris notæ ac conditiones, maximè necessariæ, in eum planè non cadunt; hæc autem sunt ut sit (1) Perfectus, omnia Lat: Linguæ (probatae sc. & exercitæ) vocabula exhibens; etenim, si ad Lat: Linguæ intelligentiam adspiratur, omnia, ut sèpe diximus, vocabula scire debet, medium etiam, quo utitur, huic fini consequendo adæquatum sit, & omnia Latinitatis Vocabula exactè contineat, necesse est. (2) Purus, Barbarorumqve vocabulorum, seu bonis Auctoribus inusitatorum, planè expers, hæc enim cum corrumpant, atque contaminent veram Latinitatem, imo in Barbariem abducant, meritò extirpanda, atque ad Barbaros releganda sunt. (3) Benè ordinatus atque digestus, quævis enim vocabula, maximè usitatoria, certo & convenienti ordine, adjuvandam puerorum memoriam, dis-

D 2

posita

posita habeat; & quidem in Calu recto, & in propriâ significatiōne,
 &c. quæ omnia, ut dixi, in Orbem Comenii pictum minimè cadunt,
 ut proin boni nomenclatoris vicera, qvod in fronte promittit, sustine-
 re haud possit. Primò enim omnia & singula probatae & exercitae Latini-
 tatis vocabula in eo deprehendit; quistemerè affirmabit? quis indi-
 cem ejus Latinum, qui locupletissimus, & absolutissimus, ibidem
 dicitur, verè tamē esse concedet? Evidem negari non potest, in
 recensendis opificum instrumentis, iisque rebus, quæ vel ad culinam,
 & alias res sordidas atque abjectas pertinent, *quarum vocabula in ipsa Româ*, ut b. Morhoff: (hh) loquitur, *vix omnes noverunt*; vel
 quæ ad Artes spectant sublimiores, ad ipsas Scientias, Comenium sa-
 tis sedulum se exhibuisse, plurima tamen eum Vocabula, quorum in
 sermone civili usus est frequentior, omisisse, affirmare nullus dubito.
 Nunc, exprimâ saltē Alphabeti literâ, quædam, non omnia, eaque
 usitatoria, maximè primitiva & simplicia, quæ hic desiderantur, ad
 ducam; sic defunt (1) hæc nomina substantiva: Abdomen. Acad-
 emia. Acanthus. Accensus. Acerra. Acredula. Acumen. Adeps. Admi-
 niculum. Ador. Adulter. Ædilis. Ædituus. Aëdon. Ænigma
 Æquor. Ærugo. Æsculus. Æstas. Æstus. Æther. Æthiops. Ævum.
 Agaso. Agmen. Alabaster. Alapa. Alcedo. Alga. Aluta. Alumen. Alu-
 minus. Alvus. Amasius. Ambages. Amentum. Amphora. Ampulla. Amy-
 gdalus. Amylum. Anfractus. Anisum. Antiae. Antidotus. Antrum. A-
 nus. G. i. Apium. Apluda. Apologia. Apologus. Apostema. Apothe-
 ca. Apparitor. Appendix. Aqvilo. Arbutus. Architector. Ardelio Argu-
 mentum. Argutiae. Armilla. Armus. Arrha seu Arrhabo. Artus. Arvina.
 As seu Assis. Asio. Assa. Assæ. Asylum. Athleta. Atomus. Atriplex. Au-
 ctio. Auctor. Auctoramentum. Avernus. Augur. Aufster. Authepsa. Au-
 tumnus. Auxilium &c. (2) Hæc Nomina Adjectiva: Absonus. Abstemio-
 us. Absurdus. Acer & Acris. Æger. Æqualis. Affabilis. Agilis. Agrestis.
 Alacer & Alacris. Alienus. Almus. Amarulentus. Ambiguus. Amoenus.
 Amplus. Anceps. Anxius. Apricus. Aptus. Aqvilus. Arcanus. Arctus.
 Arduus. Argutus. Assiduus. Atrox. Audax. Avidus. Azymus &c. (3.)
 Hæc Verba; Ablaqveare. Abundare. Accumbere. Acere. Adolere &
 Adolescere. Adulari. Æmulari. Æstimare. Affirmare. Ajo-Algere. Al-
 ucinari. Alere. Altercari. Alternare. Ambulare. Amplecti. Amputare.
 Ange-

Angere. Apisci. Appellare. Arcere. Arcessere. Artere. Arguere. Atare. A
 spernari. Assentari. Audere. Avere. Averruncare. Augere. Auscultare. Au
 spicari. Autumare &c. &c. Sanè si omnia à solâ hâc literâ A incipi
 entia vocabula, qvæ in Orbe picto Comenii non reperiuntur, tam pri
 mitiva ac simplicia, qvam derivata ac composita, huc apponemus, chi
 liadem longè excederent; ut adeo ne tertiam qvidem Vocabulorum
 præbata & exercitæ Latinitatis partem in toto hoc libro contineri, imo in
 usitatisimis (utsunt: Morbus. Periculum &c. Fortis. Felix &c. Edere,
 Essere. Bibere &c.) eum qvoque deficere, verè statui possit. Imper
 fectionem ejus secundò excipit magna, qvâ laborat, Sermonis Latini im
 puritas; etenim, non est, ipso Morhofio (ii) teste, *satis castigatae Latini
 tatis*; qvod ipse qvoque titulus parum auspicatus, (inscribitur enim
 Orbis *sensualium* pictus) clarè innuit. Nec dicam nunc de phrasibus
 seu Locutionibus Barbaris, ac Latinis Scriptoribus incognitis atqve in
 usitatis, quas Solœcismos vocant (vid. Dn. Christoph. Cellarius (kk)
 Titius (ll) aliiqve) sed tantum de vocibus; nec de iis qvidem, qvæ
 Theologorum sunt propriæ, qvas Auctoritate Doctorum Ecclesiæ, ad
 res fidei & Religionis è satius exprimendas, adhibent, qvales in Orbe
 Picto Comenii sunt: Ecclesia. Ecclesiasticus. Mahometismus. Al
 coranus. Gentilismus. Deaster. Christianus. Christianityus. Baptismus.
 Salvare. Salvator. Hypostasis Unigenitus. Passio. Intercedere pro aliquo
 (deprecari) Angelus. Apostolus. Archiepiscopus. Decalogus. Proto
 plastus. Gehenna &c. Has enim & similes voces, inquit cl. Cellarius
 (mm) inter sordida abjecere pietate prohibemur, quod ex longo usu ali
 quid Sanctitatis traxisse videntur: Conf. Fabrum Buchner; (nn) Ri
 cherium (oo) aliosque; nec de iis nunc dicam vocibus in O. p. occur
 rentibus, qvas sibi vendicant vel Politici, ae J. Ct. ut sunt qvædam offici
 orum & dignitatum nomina, veteribus Romanis incognita, v. g. Mar
 chio. Baro. Dapifer. Archidapifer. Pincerna. Archipincerna. Archica
 merarius. Archimareschallus. Archithesaurarius. Cancellarius. Secreta
 riis. Cæsareus &c: item. Contractus. Conventio. Collateralis &c. vel
 Medici & Anatomici, ut: Electuarium. Circulatio &c. vel Philosophi
 imprimisque Mathematici, ut: Ens. Metaphysicus &c. Item: Arithmeti
 cus. Ciphra. Tropicus. Colurus &c. Has enim & similes voces, licet Ve
 terum Romanorum Auctoritatem non habeant, cum jam pridem inva
 luerint;

30

Iuerint usū, qvis extra Latium nunc prorsus eliminabit? Qvisve Grammaticorum I.C. etis, Medicis, ac Philosophis in omnibus loquendi normam præscribet? Qyanquam eas à puerorum classib[us] exsulare, & maturioribus annis, ubi ad ipsas res, qvibus tribuuntur, accedendum est, reservari malim. Nec dicam nūc de iis vocib[us], qvæ vel novæ sunt, & propterres novas veteribus Romanis incognitas, inventæ; vel qvæ tales res significant, qvarum genuinæ appellationes in Romanorum monumentis plane non sunt obv[ia]e, qvales in O. P. sunt. Bombarda. Scopelum. Campana. Clavichordium. Alembicum. Ignitabulum. Emunctorium. Creacentrum. Chirotheca. Ducatus. (etn) Ducat) Rubinus. Huso. Tulipa. Linaria. Luteola &c has enim & similes voce[s], et si omni veterum Romanorum Auctoritate destituuntur, cum rebus suis satis conyeniant, nec meliores suppetant, quis temerè repudiabit? Nec dicam nūc de illis vocibus in O. P. contentis, qvæ aliqualem quidem Auctoritatem habent, sed non satis probatam, qvæ non ad auream, neq[ue] ad argenteam, sed tantum ad æream sermonis Latini ætatem pertinent, ubi Latinitas pura varie contaminari, (Excell. Dn: Rechenbergii (pp) verbis utor) Et tandem Barbaris gentibus imperium Romanum invadentibus propemodum expirare cœpit, qvales sunt: Hortulanus pro Oltore, Forpex pro Forfice, Fluxus pro Fluxione, Influxus pro vi de cœlo fluente, Piscatio pro Piscatu, Profunditas pro Profundo &c. Item: Accentere pro Annulerare, Combinare pro connectere, Disparere pro Evaneſcere, Excoriare pro Deglubere, Mensurare pro Metiri &c. Item: Cœlitus pro de cœlo, Nullibi pro Nusquam &c. De his autem & similibus vocibus, qvarum qvam plurimæ in Orbe picto occurrunt, inquit b. Vogtius, Rector olim Gustroviensis, Praeceptor meus etiam post facta colendus (qq): Non est probandum in multis, quod ejusmodi utuntur vocabulis, que apud Latinos quidem, sed non optimos autores. (per hos illos solos intelligit, qui ad seculum Augusteum, & ætatem Latinitatis auream pertinent, ut ex ipsis indicibus patet) reperiuntur; e quidem non sum is, qui in rotum interdicat horum usum, illorum instar, quos vocamus Ciceronianos, qui cum nihil nisi in Tullio sibile lectum ausint usurpare, t[em]p[er]e coguntur reicere, que optimè animo conceperunt, vel saltē riduculè admodum circumscribunt, que unico, optimis quidem autoribus ignoto, ac ceteris tamen, qui illos fecerit, usurpat, vocabulo potest
rante

310

rant effari; sed ut ipsi se nimia religione adstringunt, ita alii in iis nimirum sibi permittant, optimisque Latinitatis Auctoribus sine causa eos preferunt, qui aratis decessentis sunt, horumq; potius, quam illorum vocibus utimantur. Optimi Latinitatis Auctores, qvoad fieri potest, semper sunt imitandi, & vocabula, qvæ tantum seqvioris sunt ætatis, aut planè, si sc. meliota suppetunt, negligenda, aut raro, & non nisi necessitate qvādam, vel dictionis elegantiā id efflagitante, adhibenda; hæc enim sunt illa, de qvibus Boëclerus (rr) ait, apud recentiores Latinos multa legi, qvæ non aliter, quam ad cavendum observanda sunt; Sed transeant & hæc cum cæteris; Aliæ autem sunt in sape dicto Comenii Libro voces quam plurimæ, qvae de Barbarie vitio planè eum arguunt, & hæc sunt in triplici differentiâ, de singulis pauca latem in medium protulisse nunc sufficiat; Primo enim qvædam de le planè Barbaræ sunt, & omni Aucto- rum Latinorum testimonio destituuntur, imo præter necessitatem, cum aliæ satis accommodæ apud probatos Auctores occurrant, adhibentur, tales sunt: Clausura pro Fibulâ, vel unco libri. Trielinarius pro stru-
ctore mensæ. Opitulator pro Adjutore. Acetola pro Rumice, seu Oxalide. Lavendula pro Nardo. Agyrta pro præstigiatore, vel Ven-
tilatore. Calamarium (*Substantivæ*) pro Thecâ calamariâ. Excussori-
rium (*Substantivæ*) pro Cribro excusorio &c. Efformare pro Effingere.
Demarginare pro Resecare, circumcidere &c. item hæc Adjectiva. Bu-
tyraceus. Offensivus. Lombardarius. Impressorius. Compositorius. Pi-
ctorius. Tornatorius. Marginalis &c. Itemque hæc composita: Metalli-
fodina. Metallifosor. Pharmacopæus. Pharmacopolium. Proprica.
Bimanubriatus. Frigefacere. præprimis &c. Hæc & similes voces omni
planè uti dixi, Scriptorum Latinorum Auctoritate earent, nec sunt
veræ ac genuinæ Lat. Linguae voces, sed spuriæ, suspectæ ac
Barbaræ, & proin rejiciendæ. Multi quidem, qvod facile conjicio, cum
paucissimi sint hodie, qui puritati Sermonis Latini ritè dent operam,
hæc levia esse, nec centurâ digna putabunt; alii fortè Analogiae cly-
peo Comenium hic defendere satagent, objicientes, si non eadem, ta-
men similes voces in probatis Auctoribus occurtere; at sciunt illi, toto
seniorum Philologorum Choro adstipulante, puritatis in Latinae Lin-
gue studio non proletariam, sed maximam rationem esse ducendam,
ad eo, ut cum D. Weisio (ss) Barbariem planè detestemur; his vero re-
pon.

spondeat cl. Cellarius: (tt) in Nominum aut participiorum emulantium
 Et Adverbiorum Comparativis ac Superlativis (quanto magis in ipsis
 vocibus) formandis maximè videndum est, quos u[er]us Antiquitatis se-
 rae, Et quos respuat, non enim Analogia Grammaticorum hic sufficit,
 nisi probatis illa exemplis sit stabilita. Et alibi (uu) Idem inquit: Bone
 Deus, quam Latinitatem haberemus, si Analogia sufficeret singendis
 Et formandis novis vocabulis, quilibet, qui ingenio non obeso esset, al-
 quid adderet, quod sibi videatur conforme Et analogum, atque ita
 brevi in aliam formam, ac plane novam converteretur lingua. De-
 in quædam in O. P. voces de se quidem Barbaræ non sunt, cum apud
 probatos Auctores occurrant, fiunt tamen Barbaræ ac merito suspe-
 ctæ, vel propter significationem ac potestatem, quam ipsis præter
 Auctoritatem veterum Romanorum tribuit Comenius, vel etiam
 propter Icriptionem ac pronunciationem. Nunc saltem quasdam ex his
 brevitatis causâ adducam: Sic vocem *Caligæ*, dicit, die *Hosen*/ quasi idem
 essent, qvod braccæ ac femoralia, cum tamen caligæ Veteribus fuerint
 calceamenta, eaque duum generum, communia sc. & militaria, clavis
 densissimis infra soleas munita, docente Titio; (xx) ut adeo non malè
 reddat hanc vocem Galvisius, (yy) Rute-Stieffeln. Malè, inquit Faber-
 Buchner, (zz) hoc nomen caligæ de femoralibus, seu braccis, sive hos
 nostris acceptum est, non vulgo tantum, verum eruditis etiam Et doctis.
 Sic vocem *Votum* sumit pro suffragio, cum tamen, Latinè notet pro-
 missionem Deo factam. Sic vocem *Mechanicus* ad illiberalia opifi-
 cia, & sellularias *Artes* refert, cum tamen Veteres ingeniosum artificem,
 qui machinis & mirandis instrumentis opus perficit, Mechanicum dixe-
 rint. Sic vocem *impingere* adhibet pro illidere, seu offendere, cum
 tamen Veteribus sit infligere, injicere. Sic vocem *seducere* germ, reddit
 Verfahren/ quasi idem sit, qvod in errorem inducere, decipere, cum ta-
 men Veteribus sit, secum ducere, neben sich herführen. Sic vocem *Abbinc*
 usurpat pro porro, cum tamen non nisi de præterito tempore recte u-
 surpetur. Vide de his & similibus Vocibus Vossium, (aaa) Scioppum,
 (bbb) Vorstium (ccc) Pareum (ddd) Vogtium, (eee) Titium (fff) Celo-
 larium, (ggg) &c. Fateor quidem, hos harum vocum significatus hodie
 usu ita invaluisse, ut vix amplius pro Barbaris habeantur, multo minus
 hominibus eripi queant; quis enim vel solis plagiis illis pædotribis, (de
 aliis vocibus nunc non dicam,) tritum illud: solve caligas/aut Arte,

aut

33

de manibus extorquebit? Nihilominus tamen ex hoc fundamento hæ
voces verè sunt Barbaræ; si enim novam vim atque potestatem vete-
ribus ignotam vocibus tribuere licet, quid impedit quod minus Panem
dicere possimus einen Stein/ Lapidem Brod &c. imo sic quælibet vox
nobis, quid vellemus, significaret. Hem quam Latinitatem! Sic quo-
que ratione scriptionis ac pronunciationis in O. P. Barbaræ Voces sunt,
quæ aliter à Comenio, ac à Romanis fieri solet, scribuntur, aut ex-
primuntur v.g. Scarificare (Schropff) pro quo scribendum scarifare,
ex Græco Σκαριφάω, quod est radere, scindere, scalpere, ut docet
Salmasius, (hh)& ex eo Vossius. (iii) Item Bacca. Buccina. Culcitra. Exili-
re. Fœmina. Foetus. Sapire Saptes Sylva &c. pro qvibus scribendum, Ba-
ccaBuccina.Culcita. Exsilere.Femina Fetus. Sepire. Sepes. Silva. &c. ut do-
centVossius, kk) Voigtius, (lll) Titius, (nn) aliiq; Et hæc haec tenus ad O. P.
impuritatem demonstrandam. Tertiò, quod dixi, idem quoq; non satis
rectè ordinatus atque dispositus est, ut boni nomenclatoris partes susti-
nere posset; etenim non modò multa vocabula rariora & insolenti-
ora, quorum notitia puero non est adeo necessaria, exhibet, cum
plurima contrà usitatoria, quorum notitiâ in Lat. Linguæ studio quis
carere minimè potest, ut jam supra monuimus, prætermittat ac negli-
gat; sed & in iis, quæ habet vocabula, significandi ordinem ritè non
observat, nec justā proprietatis rationē dicit. Sapeenim propriam verborū
significationē omittit, impropriā vero ponit. Sic vocē Lacus dicit Ein Rüs-
senoderēß - Erbg/cum tamen hæc significatio tantum secundariò & im-
proprie huic voci competit, sc: propter similitudinem, primariò enim
& proprie idem est, qvod stagnum, docentibus Vossio, (nnn) Bechman-
no, ooo) Merkio, (ppp) aliiisque plurimis. Sic vocem Graffari, quæ
propriè est laironum vias publicas obſidentium, teste Reihero, (qqq) apro
tribuit, &c. Atvero in rerū vocabulis addiscendis precipue, & ante omnia
ad singulorum verborum proprietatem, κυριολεξίας & solennitatem re-
spiciendum est, monente Boëclero (rrr). Verè Ravius: (sss) quicunque
ad naturalem dicendi formam adspirat, cuius dictiōnem & rectam,
& propter verborum proprietatem ita vocari diximus, ille
primum esse studium suum existimet in vocabulis, ad eorum propri-
etatem cognoscendam. Hinc ipse Comenius se Ciceronis testimonio di-
dicisse dicit, (ttt) multum referre, pueros à primis statim annis ad

proprietatem vocabulorum adfueri, propriam autem vocabula ea esse,
quæ bis rebus significandis adhibentur, propter quas inventa sunt;
Verum an hoc in suis scriptis ipse satis ubique observavit, alii judicent.
Prætere quoque ea, quæ in O. P. exhibet, vocabula, convenienti &
sibi debito loco non semper ponit, sic vocem *Heros der Held!* ponit
sub titulo: Res pecuaria; sed quis Heroës inter pecora querit? &c. Non
dicam nunc, quod sæpe dictus liber, etiam ut Noribergæ ante 8 vel 9
annos prodidit, quæ editio optima & perfectissima vulgo esse creditur,
vitiosissimè typis sit expressus, ita ut vix paginam absque mendis atque
erratis typographicis in eo deprehendere liceat, quod sane juventuti
maximè incommodum est ac perniciosum. Sed hæc omnia alibi fortè,
pluribus exemplis ex O. P. deprenduntis, fusi demonstrabuntur; nunc
saltem dico, quos juventuti ex ulo hujus libri progressus in Latinitate
promittere possimus, hos sc: eum sit imperfectus, imperfectam quo-
que nec solidam, cum sit impurus, impuram ac Barbaram, & in totâ vi-
tâ poenitendam; cum sit malè ordinatus atque indispositus, admodum
seram, imo nullam (sine ordine enim, ut jam supra dictum, nil certi
discitur) Latinitatem inde hauriet. Quarum rerum ipsa experientia
non modo docentes, sed & omnes, qui in juventute suâ hoc libro pro-
fundamentis in Lat. Linguâ jaciendis usi sunt, satis convincet; etenim
singulis fere diebus experimur, quod pueri, qui bis, terve, quaterve,
sæpe dictum librum perdidicerunt, postea vix tertiam vocabulorum in
eo contentorum partem memoriam teneant, & sic ad Auctorum Lectio-
nem minimè sufficient. Idem quoque de januâ Linguarum referatâ
Comenii optimo jure dicere possemus, sed dicant alii; nos nunc Viro-
rum in Lat. Linguâ non minus, quam in peritiâ docendi, excellentium,
de his libris judicia ac sententias audiemus. Ita de iis sæpe citatus Me-
chovius, (nnn) Hæc nostra ètate, inquit, ex Hispaniâ Job. Comeni-
us fædam scabiitudinem affricuit optimè literis per insectam januam
suam tanquam pseudo thyro quodam in omnes Europæos intromissam.
Ad linguarum cognitionem compendiariam quandam viam monstrare
se putat vaniloquidorus, sed duo statim in ipso limine obœviant, al-
terum est, quod præpostero ordine à compositis ad simplicitia cœco im-
petu græssatur (dum sc: vocabula in contextu proponit) alterum quod
neque in simplicibus verbis barbara ab emendatis secernere, neque in
conjun-

conuentis, que conveniens compositura sit partium Orationis, dijū dicare noverit, unde nihil aliud existere poterit, quām ut alii non nisi barbarē loquuntur & scribant, alii fundamenta nunquam jaciant, quod multas experientia sat acuit. Qui possunt enim hi ullam salubritatem, aut sanitatem orationis consequi, qui in hoc cōēo à pueros se voluntate? & quis hæc pro Latinis posset habere, in quibus ne vestigium quidem Latini leporis apparat? Et alibi (xxx) Idem ait: qui vocabulorum loco Vestibula, Portulas, januas, Aeria, novum Orbem sensuali- um, hoc est, fundamentalium rerum (horresco referens) aliasque libros nocivos & inuiles, in lucem edunt, ut Sapientiam statim cum verbis induant discentibus, nē illi à vera via longè absunt; ad populum pha- teras! non est per illa ad Latinitatem via; primò enim certum est, illa scripta barbaris vocibus esse plena, compositionem nullam, ipsis iuu- lis & inscriptionibus librorum scribilibinem esse inusitam, cur igitur ingenuus puer pénitendam hanc mercem tanti emeret? Et post pauca (yyy) Idem, inquit: Compendiariam hanc viam esse volunt, que per anfractus & precipitia fertur, & quemadmodum is qui lynenburgo Ro- manum tendit, longas ambages sequeretur, si per Batatas ad Indos na- vigaret, binc Persiam, Armeniam, Cappadociam, Bityniam peragra- ret; inde per Bosporum, Thraciam, Macedoniam, Græciam, Brun- dusium appelleret; ita illi compendia faciunt, qui hanc viam inserviunt. Uri verò in illa laboriosa peregrinatione multi in via interirent, ita hi januarum & portularum fabricatores, & qui hos sequuntur, ad La- tinitatem vix pervenient per omnem vitam. Qui domos, adesue con- struunt, non integros parietes, aut ē tum in ordinem digestum, confe- runt, sed singulis parietibus disponendis collorandiisque artificum ma- nus adhibentur, donec omnia inter se aptè committantur; at bi omnis- um rerum & Linguarum scientiam simul in hoc ignorantie foro profi- tuunt, uti non nemo Homerum in nuce quandam vendit avic. Hos ita que libros è Scholis amandare, & simplicia rerum vocabula pueros ediscere fas est. Eodem fere modo de Comenii scriptis judicat b Mor- hofius, & speciatim quidem, (zzz) de Comenii januā habendum est, inquit, illam planè è Scholis illis, ubi Latinitatis genuine, ut equum est, cura habetur, eliminandam, nam ut rerum aliqua notitia ex illa baberi posse, tamen exigua illa est, nec satis convenienti ordine, quod

praeципuum eā inre est, proposita, & vocibus ac p̄braſibus barbaris
 paſſim ſcatens, qua corrumpere bonam juventutis Latinitatem
 poſſit, quicquid etiam apologiā pro ſue janūe Latinitate ſcripta con-
 tendat Comenius; nam & ipſa alterā apologiā indigeret. Nequid
 nunc dicam de eo, ad Latinitatem tales libros plānē commendari
 non poſſe, quoniam permera axiomata proponuntur, in quibus nulla
 eſt periodica consequentia, ſuis particulis connexa, cui maturē adve-
 ſtere pueri debent. Et inſtra (aaaa) idem inquit: Quācunque ratione
 emendentur vel Comenii, vel alterius janūe (nam in Comenii janūa
 mulia emendari vult Titius) non poſſum ā me impetrare, ut earum uſum
 in Scholis probare poſſim: quorū ſum enim opus ad lacunas configere cum
 puriſimos babeamus fontes? Generatim verò (bbbb) Methodum
 Ratichianam Comeniana longè p̄fert, & nibil ſolidi ē ſcopis biſce
 diſſolutis diſci aſſerit, in quibus nulla eſt compositio, plena Barbariſmis
 omnia. Et tandem concludit (cccc) his verbis: Comeniana illa Met-
 bodus non p̄fert, qua magno biaiu promittit. Schefferus peculiare
 Scriptum edidit, quo illa, qua barbara ac foeda in Comenii janūa haben-
 tur, notavit, idemque purioris Lat.: Linguae Studiosos à lectione
 hujus libri ſummā curā dehortatur (dddd). Sed, ut nunc plurimo-
 rum Excell: Virorum judicia ac censuras in Methodum ac ſcripta
 Comenii brevitatis ſtudio p̄ttere am, ipsum Comenium contra ſe, ſuaq;
 ſcripta adducam; ita autem ille (eeee: Textus janūa nondum eam
 habet, quam debuit, ſimplicitatem, ſatis nudam ſc. rerum Nomencla-
 ram; ergo voces in contextu pueris proponi ipſe non probat) neque
 vocum nativis circa translationem & idiotismos significatus, neque
 P̄braſtum ſenientiarum naturalem ubique nexum, ut periodorum ra-
 tio exſtaret ad oculum. Et alibi (ffff) hac via ſua ipſi videtur diſſicilis
 eſſe & permoleſta, ob nimiam rerum verborumque condensationem,
 ſemperque cum novis luſtam, proin libros ſuos singulari candore (gggg)
 eruditioni iſtillanda duriter feruire, eique repetenda ac firmando
 aptiores eſſe censet, (id qvod facile, ſi ſc. perfecliores atque puriores pro-
 dierint, concesſerim) imo nolle ſe alios per ſe errare diutius ingenuē fa-
 tetur. Qvare ergo Doctorem hunc ita fluctuantem ſequimur? Qvare
 Viam hanc tam diſſicilem ac permoleſtam ingredimur? Qvare li-
 bros, qui eruditioni iſtillanda duriter interviunt, repetenda autem
 atque firmando aptiores ſunt, pueris elementis Lat. Lingvæ initiandis

pro-

proponimus? Qvare denqive per Comenium erramus, ipso tamen
invito? Sed si nihilominus quis iconibus in O. P. contentis juven-
tutem maximè delectari, & sic cum voluptate qvādam ad hauriendam
sibi Vocabulorum copiam adduci contenderet (est enim, ipso Morhofio
(hhhh) judice, res minimè contemnenda, qvando per imagines res ipsa
oculis fistitur) huic ego responderem; primò, voces qvarum res signifi-
catæ oculis fisti aut imaginib⁹ repræsentari possunt, vix minimam La-
tinitatis particulam absolvere, & sic imagines illas solidæ Latinita-
tis avidum parum juvare; deinde, non omnes statim voces, qvarum
res significatæ in oculos in currunt, indigere ad sui cognitionem, ut
imaginib⁹ repræsententur aut illustrentur, v. g. voces: Cœlum. Sol.
Luna. Stella. Homo. Eqvus. Canis. Avis. Arbor. Herba &c. si qvis ima-
ginibus repræsentare vellet, annon cum earum res significatæ in ipsa
naturâ ostendi possint, ac oculis nostris obviæ semper & per se satis
notæ sint, ipsi soli lumen inferret, & præter necessitatem à rebus ipsis
ad earum exemplaria, qvæ tamen res suas nunquam satis exprimunt,
cum magnâ memorie fatigatione, & supervacaneâ conceptuum mul-
tiplicatione juventutem abduceret? Item mehr man, inquit Becherus,
(iiii) Die memorie von der Sachen selbst auff die gemählde oder Bilder/
von diesen aber auff die Wörter bringen will/was thut man anders/als
was M. Bruno mit seiner Bilder Grammatic gethan/nemblich man mul-
tipliceret die entia, und führet die Jugend von Lebendigen auf die Dinge/
von dem Original/ auff die Copey/ und bringet durch diese Kupffer-
stücke und Bildnissen ein drittes/ neues/ unnödiges ens in die memori
der Kinder/ daß ist/ an stat des Lichts einen Schatten/ wodurch nur die
Sinbilbung vermehret und geschrägter wirdt. &c. Alia verò ratio
est earum vocum, qvarum res significatæ in naturâ æquè ostendi non
possunt, qvæ in peregrinis, remotissimisq; habentur terræ locis, ut qvædam
animalia, qvædam herbæ, qvidam flores & fructus; vel qvæ apud qvos-
dam tantum populos olim in usu fuere, aut adhuc sunt, ut: Toga. Sa-
gum. Scytala. Templum Hierosol. Turris Babylon: Horti Pensiles
&c. vel qvæ rebus tantum singularibus convenient, ut: Personis, Ur-
bibus &c. vel qvæ ad Scientias, maximè Mathematicas pertinent, ut
Cylindrus Horizon. Äqvator &c. Harum & similiū rerum voces non
satis percipi possunt, nisi usus imaginum accedat; sed qvid hæc ad
pueros, qvæ partim ad Historiam rerū Naturalium, partim ad Philolo-
giā & Antiquitatum studium, partim verò ad Philosophiam pertinent;

(a) l. c. (b) l. c. cap. 9. (c) l. c. Cap. 10. (d.) l. c. (e) in Institut. philol. & Rhet. de Stylo Cap. 5 Sect. 1. p. 87. (f) in Meth. did. part. 3. Cap. 2. p. 67. (g) Præfat. in Jan. (h) L. de Ludo lit. ap. p. 21. (i) in Præfat. ad Th. Richelium (k) in Dissert. cit. C. 2. §. 6. (l) de Lud. lit. ap. p. 111. (m) in Obstetr. C. 6. §. 5. (n) in Dissert. cit. §. 769--776 (o) l. c. Tr. 3. C. 9. §. 3. & C. 4. §. 8. (p) in L. L. januā , qvæ ex Collegio Salamantice Hibernico prodiit, sententiarum centuriis 12 potissimas voces complexa (q) in Mercurio bilingvi (r) in Portulā (s) in Ephemeridibus (t) Præfat. in Sent. (u) Præfat in tripl. Latinitatis Ariadnæum (x) l. c. Tr. 3. Cap. 3. §. 16. (y) l. c. Tr. 2. C. 10. §. 3. (z) Præfat. in Syntagm. Locorum &c. (aa) l. c. C. 10. (bb) in paralip. did. part 4. §. 11. (cc) de Stylo C. 4. §. 1. & 4. (dd) l. c. C. 10. (ee) ap. Dn. Poltzium im gesch. lat. Redener Cap. 3. §. 35. (ff) l. c. Tr. 2. C. 9. §. 8. (gg) l. c. C. 5. §. 1. (hh) l. c. C. 9. (ii) l. c. C. 4. (kk) in Curat. post. proleg. p. 6. (ll) in Manuduct. ad exc. §. 61. (mm) l. c. C. 7. p. 257. (nn) in voce infernus p. 1078 & alibi passim (oo) l. c. Cap. 8. §. 4. (pp) Lib. de Stud. Acad. Sect. 4. C. i. §. 7. seq. conf. Cellar. l. c. p. 9. (qq) Præfat. in corruptæ & incorruptæ Latinitatis indices (rr) in Dissert. cit. C. 2. §. 8. (ss) in Fræfat. de argut; in script. (tt) Præfat. in Edit. Fabri (uu) in Proleg. Cur. post. p. 9. (xx) in Manud. ad. exc. §. 31. (yy) in Lex (zzy) adh. v. p. 1078. (aaa) in Vitiis Serm. L [b] bby L. de Styli Hist. Virt. & vit. Infamia Famiani. Hypobolim. &c. (ccc) l. de Latinit. falsò & meritò suspectâ (ddd) in Observat. (eee) in Indicibus cit. (ff) l. c. (ggg) in Anti Barb. & cur. post. (hhh) ap. Titium l. c. §. 33. (iii) l. c. & in Etymol. L. L. (kkk) in Aristarcho L l. de A. G. C. 4. (ll) l. c. l. (mmm) l. c. l. (nnn) in Etymol. p. 277. (ooo) in Origg. L. L. p. 424. (ppp) in Castello Latinit. p. 494. (qqq) in Theatr. Lat. Teut. adh. v. (rrr) in Dissert. cit. C. 2. §. 3. (sss) in Dissert. cit. §. 304. (ttt) Præfat. in Jan. (uuu) in Dedicat. Hermath. (xxx) in Hermath. Tr. 3. C. 3. §. 16. (yyy) l. c. p. 474. (zzz) l. c. C. 4. p. 342. (a4) l. c. 10. p. 448. (b4) l. C. c. (c4) l. c. C. 17. p. 473. (d4) l. c. C. 6. §. 6. (e4) in Epilogo Lex. jan. (f4) In Ventilabro Sapientiæ Opp. Did. Part. 4. §. 58. (g4) l. c. §. 64. (h4) l. c. C. 4. (i4) in Meth. Did. part. 2. p. 42.

CAPUT. V.

*De iis, qui vocabula extra contextum, ac nude
juventuti sisunt, & quid hic à me prælitum sit.*

Hactenus de iis egimus, qui ex contextu vocabula addisci volunt, sed respondentे minus successu ; nunc de iis porro, qui nudē ac solitariē ea pueris proponunt. Nec hi omnes eādem incedunt viā ; alii enim seriem alphabeti potissimum observant, &

voca-

vocabula secundum literas initiales disponunt, qvorum qvām plurimi sunt, hoc tamen dicerimine, qvod qvidam promiscuē primitiva & derivata, simplicia & composita exhibeant, ut multi, qvi Lexica scripserunt, ceu omnibꝫnotum; qvidam verò sola primitiva & simplicia, ut Joh. Starckius, (a) alioqve; qvidam sola derivata & composita, ut Jac. Engelbrecht (b) &c. qvidam primitivis & simplicibus singulis secundum ordinem alphabeti dispositis, sua subjiciunt derivata ac composita, ut cl. Cellarius (c) &c Sed ordinem literarum sequi ego cum Mechovio (d) admodum incommodum esse judico, hoc ipso enim memoria puero, rum parum juvatur, cum ordo ille alphabetarius non faciat ad facilitatem vocabulorum comprehensionem, sed tantum ad ignotorum investigationem; nos autem non id qværimus, ut pueri vocabula in libro investigare possint, sed ut ea mente comprehendant, teneantqve, memor res illius Erasmi (e), non esse committendum, ut pueri codices habeant eruditos, ipsi ineruditii. Alii vocabula secundum convenientiam terminationis in vernaculo, rhythmorum instar, proponunt, h m. Pater, der Vater, Catus, der Kater, Mater, die Mutter, Butyrum, die Butter &c. ut Luc. Martini Hamelberg. (f) ex parte etiam Dn. Gothofr. Wegnerus, (g) qvod probat Seyboldus, (h) improbat Ravius. (i) Beccherus vocabula secundum significationem & connexionem physicam disposita exhibet, & pro hoc invento suō tanquam pro aris & focis militat, (k) qvod & probat Reiskius, (l) sed b. Morhoff. (m) ab eo non tam amplos sperari posse fructus statuit; quanquam ipse non diffiteatur, n) Vix haberi, qvempiam, qvi prædicata omnia accuratiōri ordine digesserit. Alii vocabula præceptis Grammaticalibus, Nomina sc; Declinationibus, Verba Conjugationibus subjiciunt, ut iplorum praxi simu l, dum addiscuntur, inserire possint, ut Rhenius, (o) &c. qvod probat Mechovius, [p] improbant alii. Sed sit hic suum cuique pulchrum, mihi veterum ille Hadr; Junii, Theoph. Golii, Nicod. Frischlini, Nath. Chytrai, & qvi hos sequuntur, recentiorum, Joh. Kirchmanni, Joach. Zehneri, Sebast. Meieri, &c, ut alios nunc taceam, Hamburgensium, in suis nomenculatoribus vocabula disponendi modus maximè arridet, ita enim quando, vocabula secundum materias rerum certis capitibꝫ sunt inclusa, non modò ordine ac distinctè puero, dum sc. nunc in agrum, nunc in urbem, nunc in hortum, nunc in templum &c. quasi manu ducitur, & omnia ibidem obvia ei denominantur, singula ingenerari, sed & *Agit ut w̄tis quædam totius*

totius universi, quod maximopere suadent morhofius, (q) Boeclerus, (r)
 aliiq; quam commodissimè imprimi potest. Hæc est trita illa ac regia
 veterum ad vocabulorum copiam comparandam via, quam & corda-
 ti Recentiores probant, & præ cæteris calcare jubent. Vid. Vossius (s)
 Morhofius, (t) Mechovius, (u) aliique. Sed de ipsis quoque rerum
 titulis ac capitibus nomenclatorum constitueris variant Auctores, alio
 enim modo vocabula disponit Becherus (x) alio Henr. Weizius, (y) alio
 Joh. Sturmius, (z) alio Joach. Zehnerus, (aa) alium præscribit J. C.
 Frey, (bb) alii aliis utuntur modis; mihi vulgaris illa Juniano Goliana
 Titulorum ac Capitum dispositio, quam & b. Chyträus (cc) multis de cau-
 sis se retinuisse dicit, quam & Lubec: & Hamburg. &c. maximè serva-
 runt, optima & juventuti accommodatissima esse videtur, est enim
 simplex, & quandam universitatis ideam exhibit. Ut ut verò nulli
 unquam vulgatorum nomenclatorum laudem suam derogare animum
 induxi, tamen in singulis multa adhuc desiderari posse, affirmare non du-
 bito; quis enim omnium est, qui tres illas maximè necessarias boni nomen-
 clatoris conditions ac notas, præced. Cap. recensitas singulas habeat,
 qui sc. perfectus, purus, & quam accuratissimè ordinatus sit: quæ de re
 jam suo tempore questus est Lud. Vives (dd) inqviens: Nullum Dicti-
 onariū plenum satis & justum est. Sic quoq; ex Recentioribus Mechovius
 (ee) nosse Praeceptores debent, inquit, viciosa voces multas in Nomencla-
 toribus istis contineri, & barbara cum Latinis esse permixta, quo vicio
 fere omnes biblii laborant. Idem habet Reiskius. (ff) Promiscui voca-
 bulorum indices aut Nomenclatores vices magnis laborant, nec medicum
 aut restitutorem hucusq; inveniant. Idem & plures alii. Ipsos defectus atq;
 nervos horum librorum nunc brevitatis causâ non adduco, id saltem dico,
 quod indistinctè & confertim in iis vocabula proponantur, nec usitata
 à minus usitatis, primitiva à derivatis, simplicia à compositis, analogia
 ab anomalis &c, satis secernantur, quorum tamen accurata distinctio plu-
 rimum ad vocabulorum notitiam comparandam confert; item, quod
 illi libri ob nimiam molem in quam plurimi eorum excreverunt, teneræ
 ætati fint exosi, & vix aliquot annorum spatio perdisce possint, un-
 de plerumque sit, ut postrema discendo, pueri primi rursus de-
 discant, & prima repetendo, rursus postrema; & tandem, ubi
 his, tervè, aut sèpius, totum librum percurrerunt, vix tertiam vocabu-
 lorum

lorum in eo contentorum partem memoriam teneant, sicq; ad exercitium
 Linguae haud sufficiant; quod experientia & uis quotidianie comprobatur. Sanè
 nullum ex omnibus illis libris, quos quidem videre mihi licuit, animad-
 vertissem, ex quo tam solida, ut ego mihi hanc rem proposueram, fun-
 damenta Latinitatis hauriri possent, in eo lubens acquiescsem, eum-
 que unicè juventuti commendasssem, sed inventus mihi non est, mul-
 tis enim deficiunt omnes. At quælo, quid juvat, cum aliis in vulgatis
 nomenclatoribus errores ac nœvos obtervasse, nil sanè, nisi & eos
 corrigere, lacunas implere, vitia tollere, omniaque in ordinem redi-
 gere allaboraverimus; judiciis ac consiliis hic parum efficitur, nisi & am-
 xilia accedant. Sicuti ægroto nihil inde commodi accedit, quando
 Medicus ipsi morbum indicat, si curare recusat, sic quoque juventuti
 nihil inde accedere potest, si nomenclatorum vitia tantum accusamus,
 non emendamus. Hincut tenellæ huic ætati melius consulterem, labo-
 rem suscepi facile tediumissimum, quem pro misera conditione meâ
 aliis, quos benignior fortunæ aura afflavit, & qui plus otii habent,
 relinquere potuisse, nisi eos puerilia hæc, sine quibus tamen, judice
 Quintiliano (gg) majoribus non est locus, nec ad Latinitatem pervenire
 datur, negligere sensisse, singulis enim illis vulgarorum nomencla-
 torum viuis occurrere, eaque, quantum fieri posset, emendare ani-
 mum induxi; & primò quidem, ut defectus eorum supplerem, cum uno
 quodam lexico, quod copiosissimum esse judicavi, omnia fere quot
 exstant, Calepini, Vossii, Becmanni, Dasypodii, Corvini, & qui
 hunc adauxit, Merkii, Fabri, Buchner - Cellarii, Reheri, Frisi, Cal-
 visii, Neubaurii &c. composui, & ex his, quæ in illo deerant, addidi,
 tandem omnia vocabula ex hoc lexico ita adauiso exscripsi, eaque
 (maximè usitatoria, ut jam dicetur) Titulis seu locis totam rerum
 universitatem repræsentantibus (de quibus paulò antè dixi) ordine
 subjeci; cum his Titulis nomenclatores supra nominatos omnes & sin-
 gulos, itemque opera Comenii, Spleissii, Pexenfelderi, Beccheri, Sey-
 boldi &c. porro contuli, ut, quid ad operis seu vocabularii mei perfe-
 ctionem facere posset, undecunq; de promerem. Nec poenitet me hujus
 laboris mei, quem forte quis supervacaneum judicaret, ita enim singulo-
 rum librorum imperfectiones atq; defectus recte perspicere, & nomen-
 clatorem cæteris omnibus longè perfectiorem, cui vix quid deesse pos-
 sit,

fit, conscribere potui. Deinde, non minori studio pro altero nomenclatorum vitio emendando medelam adhibui, ut sc: collecta hæc vocabula ab omni impuritatis labo quam diligentissimè purgarem; etenim non est vox quædam, qvod verèdico, in dicto nomenclatore meo posita, quam non prius in Aulonii Popmæ. Corn. Frontonis. Servii Honorati &c. de differentiis verborum, de proprietate Sermonis, & usu antiquæ Locutionis libris, qvì Giessæ Hass, anno 1654. uno fasciculo exhibiti prodierunt; item in Scioppii Hypobolimæo, Infamij Famiani, & de Styli Hist. Virtutibus & Vitiis Scripto; it: in Vossii Aristarcho & Vitiis S. L. nec non in Bangii, Buchleri & Parei obseruat: Philol: Itemque Vorstii Lib. de Latinitate falsò & meritò suspectâ, Titii Manuduct. ap excerpt: Cellarii Anti-Barbaro & Cur. post: Vogtii Colleg: de corruptâ & incorruptâ Latinitate &c. magno studio lustraverim, & ita pura ac genuina Latinitatis vocabula à barbaris atque suspectis segregaverim, illasola recensuerim, hæc vero expunxerim. Sanè inconveniens & planè nefas esse semper duxi, primò quævis promiscuè vocabula pueris proponere & inculcare, postea verò, quæ rursus dediscere debeant, ex aliis libris monstrare; etenim non solum, que primum quis imbibet, teste Caselio (hh) difficilem eluuntur, sed & ipsum de discere per se est longè difficultius, quam discere, imo, Chytræo (ii) judge, & nunquam. Wie schädlich es der Jugend sey, inquit Becherus (kk) Dinge zu lernen die sie hernach verlernen; oder anders lernen muss/ist leicht zuerachten und siehet man es an den Pserden/welche wenngle eimahl falsch beritten worden/seien nit der zurechte kommen &c. Qvâ de re Erasmus, (ll) Optima, inquit, statim ac primum sunt discenda, extrema dementia est, discere dediscenda. Et hinc cum Laërtio (mm) juventui plus prodeesse judicavi, si protinus ei demonstrarem viam rectam, quam si revocarem ab errore jam lapsos. Sicq;, per Dei gratiam, omnia, qvod spero, puræ & exercitæ Latinitatis vocabula, non sine magno labore & temporis justurâ congesisti, ea que ordine satis concinno, præfiscini dixerim, disposui, accedat puer, eaque memoriam exauriat; At, qui in tantâ eorum multitudine versabitur feliciter? foris cum, ut plurimum fit, ad ultima devenerit, prima jam dedidicit, eaque aliquoties iterando, multos in solâ vocabulorum copiâ sibi comparandâ annos consumet. Hicerie artis opus. Si infun-

infundibulū Nud qvod pro Poēsi Germ addiscendā quis excogitāvit, huic negotio quoque applicari posset, ita quidem, ut pueris non instillare modò, sed & infundere possem omnem rerum nomenclaturam, haberem sanè de qvo & mihi, qui nullā re magis delector, qvam emolumēto juventutis, & ipsis, qui discendi molestiā supersedete possent, gratularer; benè enim, cum illo Agathone ad Socratem (oo) rem habituram, credo, si sapientia in hominem, quem admodum in vas vacuum aqua defueret; verum cum de istiusmodi mihi non constet organis, nec doctrina aureis culullis pateris hauriri possit, aliis opus erit auxiliis, aliis remedii, verbo dicam: sola vocabulorum accurata distinctio ac distributio, quā tertio nomenclatorum vitio occurritur, hanc rem planam faciet, & memoriam puerorum non parum juvabit. Sanè, si unquam valuit tritum illud: *Qui benè destinguit, benè docet*, hīc certè valebit plurimum; *ordo enim, vel ipso Cicerone (pp) teste, memoriae lumen aferit.* Considerantur autem vocabula vel absolutè, & citra respectum ad Grammaticam, vel relatè sc, cum respectu ad eam; illo modò sunt vel communioris, vel rarioris in Latinitate usū. Hanc vocabulorum distinctionem animo intendit B. Morhofius (qq) inquisiens paucasunt vocabula, quorumusus in sermone civili est, ceteraque iuret? Et alibi (rr) idem ait: *ut vel culinæ, vel opificiorum gratiâ ipsâ vocabulorum farragine pueros maceremus, nulla nos necessitas juberet.* Sanè nunquam mihi placuere, qui in vocabulis technicis, qvæ Auctore Medicinæ Mentis (ss) teste, mera monstrâ pueris esse evidenter, & opificum instrumentis, aliisque rebus fōrdibus & abjectis recensendis, desudant, aut in re culinariâ, & circa vestitum hærent, qvod vulgare peccatum dicit Ravius, (tt) quoque in adornandis vocabulariis puerilibus inquisitioni rerum naturalium nimium indulgent, & teneras puerorum mentes iis vocabulis onerant, quarum res mente non percipiuntur, nec cognoscuntur; *quid autem juvat*, inquit Reiskius, (uu) *vocum agmina à pueris enarrari, & sonos millies sine mente instar psittacorum editi?* memoriam quidem puerorum in primâ statim etate ediscendis ad verbum quam plurimis esse exercendam, cum Cicerone, (xx) Quintiliano, (yy) Vive, (zz) Dav. Chyträo (aaa) Sibero (bbb) aliisque omnino statuo; inutilibus tamen & minus necessariis rebus, ut sunt voces, qvæ sine intellectu addiscuntur, eam onerari ac obrui, cum Christoph.

Prætorio (ccc) aliisqve plurimis, minimè probo; imprimis maximè id mihi semper displicuit, qvod pueri ex libris vocabula, aliasqve res, jubeantur addiscere, dum eis certa pagina, qvandoqve & plures, proponuntur, memoria infigendæ, quo ipso tenelli ipsorum animi non leviter, & sàpe ad sudorem usque cruciantur, cum tamen modus memoriae aliquid mandandi longè facilior & accuratior suppetat, quo si uteretur juventus nostra, non opus esset, ut ullam unquam vocem ex libro addisceret; sed hæc ipsa praxi, commodâ sc: meam Methodum exercendi mihi occasione data, quâm scriptis declarare malo. Selegi ergo in nomenclatorem meum vocabula tantum qvæ frequentioris usûs sunt, eaqve Titulis seu locis sàpe dictis subdidi; quæ autem rariora atqve insolentiora esse videbantur, secundum seriem alphabeti disposui, & appendicis loco nomenclatori meo, ne is perfectione suâ excideret, adjeci, ut si forte aliquod horum in Auctore qvodam occurreret, à puro facilè investigari possit; ita enim svadebat Starkius, (ddd) rariora, inquiens, atque insolentiora vocabula ab usitatoribus separata, ad residuum seu reliquarium legitimi lexici referantur. Quando verò usitatoria vocabula à minus usitatis & rarioribus sunt segregata, illa à pueri brevi addiscipofse omnino sum persuasissimus.

(a) in Lexico L' Lingua Orig. (b) in Complenti, L, L. (c) in Lib. prob. & ex. Lat. memor. (d) l. c. Tr. 2. C. 28. p. 422. (e) in Epist. Páren. ad Christ. Lubecensem (f) in Congerie rhýthm. (g) in Nomenclat. puer. (h) in Præceptore Meth. p. 300. (i) in Dissert. cit. §. 316. (k) in Org. nov. & in Method. didact. part. 3. C. 4. (l) in program. cit. (m) l. c. C. 10. p. 4516 (ny l. c. C. 4. p. 344. (o) in donato (p) l. c. Tr. 3. C. 3. p. 471. (q) l. c. C. 4 p. 348 (r) ap: Morhofium 1. jam c. (s) de Stud. rat. p. 13. (t) l. c. C. 10. p. 411. (u) Tr. 2. C. 28. p. 422. (x) in Orig. nov. (y) in Viâ regia ad L. L. qua Hafniæ anno 1661. prodit (z) in Filo. (aa) in nomenclat. in ulum Gymnasiu Francof. adornato (bb) in Viâ ad D. Scient. &c. Cap. §. p. 12. (cc) Præfat. in Nomenclat. (dd) L. 3. p. tr. disc. (ee) l. c. Tr. 3. C. 3. §. 16. & 17. (ff) in program. cit. (gg) Præm. in instit. Orat. (hh) de Lud. lit. ap. p. 13. (ii) in Scioogr. cit. p. 12. (kk) in Meth. did. part. 3. c. 2. p. 66. (ll) in Epist. jam. cit. (mm) Lib. 6. (nn) der in der Fruchtbringenden Ge. sellschafft Spielende (oo) ap. Plat. in Conviv. (pp) Lib. 2. de Orat. (qq) l. c. C. 9. (rr) l. c. C. 10. (ss) l. c. (tt) Dissert. cit. §. 332. conf. 401. (uu) in program. cit. (xx) Lib. I. de Orat. (yy) L. II. C. 2. (zz) L. 3. de tr. disc (aaa) in Reg. Stud. (bbb) de Educat. p. 122. (ccc) de praxi Gram. Log. & Rhet. (ddd) in disserr. de Lex. p. 5.

CAPUT.

CAPUT. VI.

De Grammatica ejusq; necessitate, ac requisitis.

Ehactenus de Vocabulis simplicibus, qvorum notitia primò ad Auctorum Lat. intelligentiam comparandam reqviritur. Nunc de Grammatica eorum constructione, nudè enim, ceu notissimum est, & solitariè vocabula in Auctorisbus non occurunt, sed in contextu cum aliis, seu in constructione posita; ergo qvi Auctores Lat. intelligere vult, simus rationem Gramm. constructionis teneat necesse habet. Hæc duo sc. vocabula, & constructio Grammat. intrinsecus Latinitatem constituunt, & habent se illa instar materiæ, hæc verò instar formæ, vid: Seyboldus (a) Comenius, [b] aliiq; qvi alterutrā harum Latinitatis causarū ignoraverit, nec Auctores rectè intelliget, qvi verò utramq; nōverit, totam Latinitatem qvoq; noscet. Hinc & eruditissimi Viri, juxta Vocabulorum. Grammaticæ cognitionis necessitatem ad Lat. Lingvam conseqvendam, maximè reqviriunt. Possem pro hâc sententiâ stabiliendâ adducere Qvin-tilianum, (c) Melanchthonem, (d) Calelum, (e) Chytræum, (f) Ulr. Huberum, (g) Joh. Placotomum, (h) aliosq; fere innumerous; sed vix hâc de re cōdatum qvempiam dubitare confido. Cum verò & Systematum Grammaticorum, qvæ in publicum prodierunt, & in Scholas pas- sim sunt introducta, numerus fere innumerous sit, meritò qvæ optima omnium, & juventuti accommodatissima sit Grammatica, nobis porro dispiciendum erit. Hic sanè, si usqvam, qvot capita, tot lensus deprehen-dimus. Multi admirantur Philosophicam illam Scioppii, in qvâ Fr. Sancti Brocensis Minervam qvodammodo excoluit, hancque juventu-ti præ cæteris proponere svadent; at summopere id dissident Mecho-vius (i) Morhofius (k) Beccherus, (l) Titius, (m) Th. Jhre, (n) aliiq; multi J. G. Vossi opera Grammat. imprimis laudant puerisq; commen-dant, non qvidem Aristarchum ejus, qvi liber non pueris, sed viris eru-ditis legendus est, propter singulares, qvas habet, observationes, ac notas criticas, qvæ potius teneras puerorum mentes turbant, si iis pro-ponuntur, qvam instruunt, sed cùm Rudimenta, tum Grammaticam ejus contractam, quam ex decreto illustr. DD. Hollandiæ & West-Frisiæ Ordinum, in usum Scholarum adornavit; & fateor qvidem cum Me-chovio (o) hunc Auctorem præ cæteris & mihi probari; tam solidè enim hanc Artem persecutus est, ut in hoc eruditio[n]is genere vix qvem-piam ei comparari posse putem, quinimo omnes, qui eam rectè profi-

tentur, ex hoc fonte bibisse credam; nihilominus tamen in multis eum
qvoq; obscuriorē videri, & magnam, docēnūs imprīmis, camari-
nam ex antlandam reliquissē, cum eodem Mechovio (p) affirmare non
dubito; alia enim eorum, qvæ præponit Vossius, differri, alia omitti,
alia inqūstionē usuique committī posse, docet Titius (q). Sed alii qvoq;
sunt in disciplinā Grammaticā Auctores satis celebres; & qvidem, ut
veteres non attingam, in Germaniæ Scholis nunc passim adhibentur
Grammaticæ Rhenii, Schmidii, Finkii & Helvici (*Gießenfum*) Kirch-
manni, Reiheri, Cellarii, Grunenbergii, Syboldi, Stubelii, Rhotii,
Frohnii, Weisii, aliorumq; plurimorum; quivis enim ferme Scholæ
Rector in usum Discipulorum suorum nunc novos libros condit, &
præcepta Grammat. Log. & Rhet. propria præscribit Nolumus aut.
in iis recensendis aut perqvitendis nos diu detinere, potius in condi-
tiones bona & juventuti satis accommodatæ Grammaticæ inqviremus,
hæ sunt, docente Mechovio, (r) Perspicuitas, Brevitas, Perfectio, &, ut
barbarâ voce utar, Certitudo. Primō præcepta Grammaticalia de-
bent esse plana & perspicua, ab omnibus tricis ac subtilitatibus libera-
ta, qvo à tenellâ ætate facile percipi possint; repuerascere ergo quasi
& puerorum ingenis le accommodare debent, qui præcepta Gram-
maticalia tradunt, inepti enim sunt, judice Morhofio (s) qvz bis tricas
tricis augent, & minuius Grammaticalibus puerorum ingenia torquent.
Grammatica, ut docet Quintiliāus, (t) non euntibus peream, sed in
minutis & supervacuis bārenibus nocet; & propriea etiam inter Vir-
tutes Grammaticæ Doctoris habebitur, ut idem ait, si q; ad minus utilia
ignoret, ne quis se nimis istis Grammaticorum spinis & acuteis induat.
Hæc virtus autem sc. Perspicuitas à Grammatica tollitur, & horrida
ei superinducitur obscuritas (i) quando Lingvā peregrinā, pueris
ignotā (qvalis est Latina) ea proponitur; qui enim puer regulas,
& reliq; res Grammaticæ hāc lingvā expressas rectè percipere pos-
set, cum ejus adhuc ignarus sit: non intellectis verbis neq; res intelle-
gi posse supra ex Vossio diximus. Hinc pro usu vernaculæ Lingvæ in
tradendis præceptis Gramat, strenue militant Viri erudit, Joh. Rivius,
(u) Rolandus Maresius, (x) Havemannus, (y) Schuppius, (z) ut nunc
Helvicum, Wendelinum, Becherum, Reiskium, illosq; vni Lingvā
vernaculā hāc in re usi sunt, ut Seyboldum, Weisium, Cellarium, Geistium,
Froh-

Frohnium, Grunenbergium, Stubelium, aliosque plurimos non adducam. Hoc tamen de primâ saltē Grammaticæ parte, Etymologiâ 1c. dictum volo, in Syntaxi id ipsum mihi videtur non adeo opus esse, ut Linguâ vernaculâ exhibeatur; puer enim in Syntaxin intromittendus & ad compositionem, aut resolutionem admittendus, notitiâ vocabulorum & Phrasium jam satis instructus esse debet, ut jam supra monuimus, ergo & regulas latinas facile intelliget; præterea ipsæ Syntaxeos regulæ Lat Lingvâ ita concipi possunt, ut exempla simul eas explicantia exhibant, ne opus sit alia regularum exempla, quæ aliâs hîc cumulare, & in quibus explicandis maximopere, sed invito Casilio, (aa) deludare solent Grammatici, eis subjicere. Qvod re ipsâ me præstissem jam dicetur. (2) Quando in Typis tantum & tabulis, non in continuo sermone, præcepta exhibit, ut quando ex solis Casuum, Numerorum, Personarum, Temporum, Modorum &c. Terminationibus Declinationes & Conjugationes, quæ tamen primum & maximè necessarium sunt Latinitatis fundamentum, testibus Richerio, (bb) Fritschio, (cc) &c. addiscendas proponit, nec integra paradigmata juventuti sîstit; licet enim hi typi, qvod facile concesserim, paradigmata satis tenentibus in vocum analogarum inflexionibus qvodammodo inserviant, & faciem præferant, pueris tamen illorum ignaris, nec teneritatis ergo usu rationis satis pollutibus, declinandi & conjugandi rationem potius perturbant & obscurant, quam illustrant aut declarant, qvod experientia latis edocuit. Hinc b. Morhoff (dd) magis arridet, inquit, continuus sermo, quam schematismi tabularum, quibus, res minutatim distinxuntur. Et quid in fundamentalibus his, & ad L. L. maximè necessariis rebus compendia cum dispendio quis querit? annon Paradigmata Declinat: & Conjugat: puerulis legendi rationem discentibus proponit solent legant ergo pueri hæc paradigmata, relegantque, sic non modò legendi, sed & declinandi & conjugandi rationem simul discent. Ita Iuadet b. Chytraeus, (ee) Mich. Neander, (ff) quem b. Morhoff virum Doctissimum, & multæ in informanda juventute emperios dicit (gg) cl. Weilius (hh) aliquæve (z). Quando termini Philosoph. præceptis Grañiat. inseruntur, omniaque Philosophicis rationibus expenduntur, qvod graviter perstringunt Vossius, (ii) Caselius, (kk) Becherus, [ll] aliquæ &c. Si modò probatos Latinitatis Auctores ita, non aliter loqui, quis noverit, non necesse

necesse habet, ut in rationes, cur ita, non alites, loqvantur, ulterius inqvirat; usus enim Auctorum ipse est primum & certissimum in Latinitate principium, ultra quod progredi opus non est. Nec capit juventus subtilitates illas philosophi; quas hic nonnulli singunt, sed planâ & simplici viâ vult duci. Secundò p̄cepta Grammat: sunt *Brevia*; hæc conditio connexa est cum priori, *qua enim perspicua sunt*, teste Cicerone, (nn) *longa esse non debent*. Et pertinet huc generalis illa Regula Horatii: *Quicquid p̄cipies esto brevis &c.* Sunt qui hanc conditionem ab iis violari putant, qui in tradendâ Grammaticâ gradatim procedunt, & primò rudimenta Donati, dein compendium Grammat: tandem Grammaticam majorem discipulis proponunt, contendentes, uni tantum Grammaticæ pueros adfvelscere debere; ut volunt Reiherus, (oo) Huartus, (pp) Neander, (qq) quò & illud Sixtini ab Amama de Hebr: Lingua addiscendâ, quod adducit b. Wasmuthus, (rr) trahi potest. Mihi perinde sit, sive quis totam Artem Grammaticam uno libro complesti, & sic prudentiæ Magistrorum, quæ primo, & quæ ultimo loco pueris proponi debeant, committere velit; sive ex p̄scripto Dav. Chyträi, (ss) Verrepæi, (tt) aliorumque plurimorum, eam per gradus ordinare, & primò in compendio faciliora ac communiora p̄cepta, seu ipsa rudimenta, postea verò difficiliora & insolentiora proponere malit, modo omnia fiant tempestivè, & ordine juventuti convenientissimo; hoc ipso brevitas hujus disciplinae non læditur. Verè autem eam lædunt, qui multitudine Regularum & Exceptionum onerant animos juveniles, *imo sepe non contenti*, loqvor cum Caelio, u) multitudine p̄ceptorum unius libri, *quicquid est veterum & recentium Grammaticorum in unum librum comportant*, & sic ingentia Grammatica, quæ teneris ingenii oneri sunt, ipsaq; deprimunt, juventuti obtrudunt; Sic qui usum antiquæ locutionis præmaturijs juventuti ostendunt, quique ex Popmâ, Bangio, Grutero, Pareo, Vossio &c. singulares illas observationes, ac notas criticas excerpunt, & Grammaticæ puerili inserunt, non adeo p̄clarè mihi de juventute merer; videntur; hæc enim p̄ter necessitatem & utilitatem juventuti proponuntur; quis negabit sine earum notitiâ ad veram, eamque solidam Latinitatem perveniri posse, quilve usurpare audebit, *que sibi nemo facile* Dn, Rabenero, Reet: Gymn: Afr. (xx) judice, imitanda proponet, nif;

qui multo quodam *neglegentias* studio Antiquarii laudem aueupari vobis
luerit. Et sanè talia puerum planè nescire satius esse puto, quam scire,
si enim ea planè nescit, nec unquam ea usurpabit, si verò ea vel legit, vel
audivit, vix, ac nevix quidem, ab eorum usu sibi temperare poterit. Gram-
matica tantum puer utilibus & necessariis rebus constare debet, illa
Criticis sunt relinqvenda, ut recte monent Placotomus, Schmidius, Me-
chovius, Grünenbergius, aliique; qui autem hisce juventutem imbuunt,
non Lingvas docere, sed Grammaticos facere mihi videntur, quæris, ju-
dice Morhofio, est omnium absurdissima; & velle ex rebus minimis ac
singularibus, verba sunt Richerii, præcepia conexere, aut in iis edicen-
dis juventutem faciliare, arenam est numerare. Hinc qui præcepta Gram-
mat: juventuti prescribit, non tam videat quam copiosè & ornata, sed quam
dilucidè, planè & breviter singula proponat; nihil moretur cum Eras-
mo quam pueriliter, modo utiliter. Tertiò Præcepta Grammat: fun-
to perfecta, & omnia, quæ ad Latinitatem consequendam pertinent,
exactè contineant. Non sufficiunt hic istiusmodi regulæ, quæsio &c. ad
junctum habent; v. g. hæ de generibus Nominum: viele Wörter in IS
sind Masculina, als Panis, Crinis, Cinis &c; auch etliche in X. als Grex,
Vertex &c. hæc enim Doctrina fundamentalis est, nec per &c. sed plenè
perfecteq; est tradenda, adeo ut in totâ Lat. Lingvâ non sit vocabulum,
de cuius genere puer ex illâ certonon constare possit. Quod tamen
alii cyclopicis illis, ut eas cl. Grunenbergius vocat, regulis, aut
exceptionibus: Panis, penis &c. Thorax & Apex &c. non satis expe-
diunt, lubricæ enim illæ sunt, & nimis perplexæ, si quis forte Vo-
cabulo in IS aut X desinente, in sermone familiari uti voluerit, annon
prius quam id efferat, Panis, penis &c. aut Thorax & Apex &c. mente
recitat, inquirens, an ab exceptione, an vero ipsa regulæ, seu termi-
natione regatur. Ita & in reliquis Grammaticæ præceptis, nihil ubi-
que fit supervacaneum, nihilque desit necessarium: in compendio præ-
cepta Grammat: exhiberi possunt & debent, modò non fiat cum Latini-
tatis dispendio. Quartò denique certa quoque, non Vaga, non dubia
aut in varios sensus flexilia, sed Auctoritate & optimorum Grammatico-
rum, & ipsorum Scriptorum Lat: comprobata sint præcepta Grammat:
ut eruditorum facile mereantur assensum, & dissentium animos certos
reddere possint. Quanquam vero abundè filibrorum Grammatico-
rum quibus juventus in addiscendâ L. L. non sine fructu nunc utitur;
prætereaque libri temerè non sint multiplicandi, ut recte monent Drei-
serus, Hornehus &c. tamen, cum in Methodo accuratori omnia sibi
in vicem respondere, & continuo quasi nexus cohærere debeant, etiam
hæc in parte juventuti succurrere, & Grammaticam ex optimis proba-
tissimisque, quæ notas illas ac conditiones modo recensitas singulas vere
habeat.

habeat , qvibus aliæ , qvotq; ot videre mihi contigit , passim deficiunt , concinnare mecum constitui , & ut constitui , sic quoque Deo secundante perfeci ; conscripsi enim præcepta Grammat : (1) plana & perlpi- cua , non modò à tricis ac otiosis subtilitatibus , sed & vulgatis illis ex- ceptionibus , quæ maximè turbant juventutem , liberata : (2) Brevia , vix enim duas treble phylaras explet ; & nihilominus (3) perfecta , adeo ut pignore certare vellem , in magnis aliorum voluminibus nihil esse , verè huc pertinens , qvod iis desit , nec minus (4) Certa , non modò ex probatissimis Grammaticis , qvorum nonnullos supra nominavi , ex- cerpta , sed & ad ipsos Auctores class . ubi opus esse videbatur , collata & expensa . Et sanè , me hoc ipso præficine dixerim egregium juventuti invenisse compendium , totus confido , quo si commodâ mihi occasio- ne datâ uti licuerit , maturiores ac solidiores , Deo non adverso , in Latinitate progressus certo certius conspiciuntur , & habebit juventus qvâ de re sibi gratulari possit .

Longè plura hic dicenda restant , cum de ipsâ Grammaticâ , tum de necessariâ Vocabulorum ad eam accommodatione , seu relativâ (cuius jam supra mentio facta est) distinctione , qvâ sc . (1) respectu part . Orat . distinguuntur in Nomina , verba & particulas , qvæ distinctè pueris , etiam secundum temporis differentiam , proponi debent , ita qvidem , ut horis matut . Nomina , pomerid Verba , Partic . v . (ut qvæ non multum faci- sunt negotii , modò teneantur) horis succisivis , proponantur , simuq ; zdum s . priorum hebdomadæ dierum nam ultimus Catechisationi aliisq ; Exercitacris merito reservatur) singulis horis matut . una ex 5 Declinat : pri- mariò exerceatur a meridie v . una ex 4 conjugat : in quo exercitio tamdiu detineendi sunt pueri , donec & ipsa vocab : & declinandi ac conjugandi ra- tionem exæstissimè teneant (2) resp . Figuræ atq ; Specie in Primit ; & derivat . it . in simpl & comp : qvæ Vocabulorum distinctione plurimum ad Latinit : consequendam confert , ut à multis ostensum est : (3) in Analoga & Ano- mala &c . qvem totum cursum vocab : fatis amplum , unâ cum doctrinâ Grammat . Etym : tam Anal : qvâm Anom . intra unius anni spatiū felicissimè absolvī posse , suum omnino persuasissimus , & ad ipsâ praxi id demonstrandum promtissimus . Item de sententiis , qvas ex optimis qui- buscunq;ve Auctorisbus collegi , pro Syntaxi primâ exercenda , & Phra- fibus , seu singularibus loqvendi formulis , qvas etiam ad Auctorum Lat . intelligentiam comparandam facere supra dixi , qvasq ; ipse ex Aucto- ribus excerpti . Item de exercitiis styli , qvomodo sc . puer fundamento hoc intelligentiae posito , pet Auctorum Lectionem , Versionem , Imitati- onem , Variationem &c . facultatem Serm . Lat . sibi comparare debeat &c . sed hæc omnia ritè persequi nunc tempore excludor .

S. D. G.


Errata B. L. ipse corriget .



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn732463726/phys_0056](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732463726/phys_0056)

DFG



47

bergium, Stubelium, aliosque plurimos non addu-
primā saltem Grammaticæ parte, Etymologiā sc.
ntaxi id ipsum mihi videtur non adeo opus esse, ut
exhibeatur; puer enim in Syntaxin intromittendus
aut resolutionem admittendus, notitiā vocabulo-
jam satis instructus esse debet, ut jam supra monui-
as latinas facilè intelliget; præterea ipsæ Syntaxeos
ita concipi possunt, ut exempla simul eas explicantia
t alia regularum exempla, quæ alias hic cumulare,
andis maximopere, sed invito Caselio, (aa) deludare
eis subjicere. Qvod re ipsâ me præstitisse jam jam
lo in Typis tantum & tabulis, non in continuo ser-
ibet, ut quando ex solis Casuum, Numerorum, Per-
im, Modorum &c. Terminationibus Declinationes
quæ tamen primum & maximè necessarium sunt
tentum, testibus Richerio, (bb) Fritschio, (cc) &c.
nit, nec integra paradigmata juventuti sisit; licet
facilè concesserim, paradigmata satis tenentibus in
a inflexionibus qvodammodo inserviant, & facem
tamen illorum ignaris, nec teneritatis ergo usu ra-
bus, declinandi & conjugandi rationem potius per-
it, quam illustrant aut declarant, qvod experientia sa-
b. Morhoff (dd) magis arridet, inquit, continuus
atismi tabularum, quibus, res minutatim disser-
in fundamentalibus his, & ad L. L. maximè neces-
saria cum dispendio quis qværit? annon Paradigmata
ugat: puerulis legendi rationem discentibus proponi
pueri hæc paradigmata, relegantque, sic non modò.
clinandi & conjugandi rationem simul discent. Ita
(ee) Mich. Neander, (ff) quem b. Morhoff. virum
ta in informanda juventute epurę egiōas dicit(gg) cl.
(3.) Qvando termini Philosoph. præceptis Grammat. in-
Philosophicis rationibus expenduntur, qvod graviter
(ii) Caselius, (kk) Becherus, (ll) aliique &c. Si mo-
tatis Auctores ita, non aliter loqui, quis noverit, non
necessit